




35. ~~B. 212.~~

Key

Dy 24

Prouxavit. Joannes Nephtalij
Vt Diaconus, & Parochus in
Császár, 1822.

Demo Compacho, 1831.

H V N G A R I A
I N
P A R A B O L I S,
S I V E
C O M M E N T A R I I

IN ADAGIA, ET DICTERIA
H V N G A R O R V M,
P E R
A N T O N I U M S Z I R M A Y
D E S Z I R M A,

S. C. ET R. A. MAIESTATIS CONSILIARIUM
AVLICVM, ET POETAM LAVREATVM HISTO-
RICO-IOCOSE CONSCRIPTI.

EDITIO ALTERA,
PRIORE LONGE AVCTIOR.
E T
E M E N D A T I O R.

B V D A E,
Typis Regiae Vniuersitatis Hungaricae

521.874

Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita a
Constitutione Regni. Math. Cap. 13. v. 35.

Mihelyt ruhát, nyelvet, és szokást, el hagytok,
Azonnal meg szüntök lenni, a' mik vagytok.

Mátyásy József verseiben, pag. 156.



PRÆFATIO.

Gentes Asiaticas adagiis delectari probat tam veteris, quam noui Testamenti sacra pagina. Hebraeorum enim sapientes non dubitarunt hoc titulo integra volumina edere, et ipse sanctissimus generis humani Saluator lumen Euangelii in Asia annuncians *omnia locutus est in parabolis*. Math. Cap. 13. v. 34. Hungaram quoque gentem ex Asia ortum ducere, remonstrant innumera eiusdem adagia, ita: vt vocabula etiam plurima originem, et deriuationem suam singulari cuipiam facto, et Anecdoto apud nos debeant. Haec, prout et his nexas consuetudines gentis, vocabulorum exteris intellectu difficiliorum significationem consignare, imo, in quantum licuit, Historiam eorum texere, per otium, quod rure meo nactus sum, in animum induxi. Operam me non ingratam popularibus meis praestiturum reputans. Si enim apud Graecos Plato, Aristoteles, Plutarchus, apud Romanos Seneca, Virgilius, Ovidius, Horatius, Martialis sententiarum, adagiorumque flosculis opera sua conspergere, ipsi Romani Principes magnis de rebus consulti, saepe prouerbio respondisse inueniuntur, et apud Christianos etiam acutissimus adagiorum compilerator Erasmus Roterodamus orbi erudito de his integrum tractatum communicare non erubuit; quis ex popularibus nostris conatus meos damnet? quorum maiores, teste Herodoto, Dario Persarum Regi murem, auim, ranam, et sagittas allegorica significatione miserunt, et ipsam, quam incolimus, dulcem patriam misso parabolice

pro terra, gramine, et aqua, albo equo a Pannoniae incolis, eorumque Rege Zventibaldo sibi vendicarunt. Dum ipsae nostrae leges *vetustis, et approbatis maiorum consuetudinibus* innituntur, vti compilerator earum Stephanus Werböczius testatum reddit, imo ipsam occupationis Pannoniae Historiam antiquissimus scriptor Anonymus Belae Regis Notarius ex cantibus, et versibus veterum Hungarorum desumpsit. Heu! quantum nunc antiquitatis thesaurum, qualem lucem patriae Historiae affusam haberemus, si versus hos, et cantus quispiam memoriae posterorum consignasset, qui teste Prisco Rhetore maiorum praeclara facta referentes, iam ad mensam Atilae occinebantur! Intercederunt hi caliginosa vetustatis obliuione sepulti. Adagia, totidem quasi maiorum nostrorum sententiae, et his nexae consuetudines gentis ne intercidant, multum interest. Quia his nonnisi sancte seruatis, manet lingua, indoles, et existentia nationis, inter gentes Europaeas lingua, moribus, et habitu dissimiles degentis, et periculo minoris fluuii ad vastum flumen influentis, nomenque amittere soliti expositae, nisi maiorum vestigia secuti posterius consuetudines, indolem, et spiritum nationis in ambitu patriae suae tanquam Palladium conseruent. Vale Patrie lector, et faue!

Dabam ruri meo die 1. Ianuarii 1804.

ANTONIVS SZIRMAY
de Szirma.

AD

LECTOREM BENEVOLVM EDITOR.

Opusculum hocce munificentia Praenobilis Viri Iosephi Benedicti Kondè de Póka-telek Aulæ Regiæ Familiæ, complurium Comitatum Tabulæ Iudiciariæ Assessoris, et Bonorum Archiepiscopatus Strigoniensis Praefecti A. 1804. publici iuris factum (vti in illius Praefatione insinuaueram) illam vicissitudinem subiit, quod aliqua huc pertinentia fato Tabellarii publici interierint, aliqua tardius ab Autore submissa, suis locis inseri non potuerint, quin et Menda quaedam Typothetarum interuenerint. Ea tamen Ciuium Patriæ auuiditate legebatur, vt vix aliquod exemplar ad Partes Regni Transdanubianas pertingere potuerit. Interpellatus proinde complurium literis, ad Opusculum nouiter, auctiusque, et emendatius edendum Authorem animauit. Praestitit id Vir solertissimus Antonius Szirmay. Quo vero Publici desiderio quanto ocysus fi.

fieret satis, Ill. D. Iosephus Jekelfalussy de
Jekelfalva S. C. et H. R. Apost. Maj. Camera-
rius, et complurium II. Comitatum Tabulae
Iudiciariae Assessor, datis ad Autorem literis,
sumtus in nouam editionem liberaliter obtu-
lit. Iure merito Ill: huic Viro Opusculum hoc-
ce nuncupari, et deferri debuisset; ast ea,
quam in omnibus actionibus praesefert, ani-
mi modestia, a captanda gloria alienissimus,
honorem hunc et deprecatus est, et ipse Au-
tor excelsi eius animi magnitudini deferen-
dum hoc monumentum exiguum esse reputa-
bat. Desudabat tunc Autor in opere toti Pa-
triae vtilissimo, vna et acceptissimo. Hoc cer-
te Illustrissimo Viro Iosepho Jekelfalussy, et
si dicari sibi solita modestia deprecaretur,
nuncupatum tamen est, vt de Rege, et Patria
insigniter meriti memoria, Scriptorum etiam
testimonio posteritati consignaretur, qui an-
tiquissima Patriae stirpe genitus, ad Hekul pa-
gi Jakelfalva A. 1284. conditorem sua refert
initia. Ipse etiam, sicut Antenatos habuit sa-
go, togaque semper illustres, non degener
maiorum nepos (vt reliqua eius decora prae-
teream) acerrimis, quibus vexabamur bellis
Gallicis multorum millium florenorum in aere
parato, ac millium metretarum in frumento
prae-

praestitis gratuitis subsidiis, Regium iuvit aë-
rarium, iure merito per aequissimum virtutis
aestimatorem Augustissimum regnantem ter-
rae Principem inter Camerarios Caesareo-Re-
gios cooptatus. Insurgenti tandem Nobilitati
plures equos gratuito suppeditavit ; in Or-
phanorum Comitatus Zempliniensis alimen-
tum tria florenorum millia ; in editionem No-
titiae Historicae Comitatus eiusdem 500. fl.
contulit ; pertranseuntem Russicum exerci-
tum in amplis suis Possessionibus non solum
necessariis victualibus, sed vini etiam, et cre-
mati potu prouidit. Praefectos autem militares
lautis epulis excepit ; et quibus adhuc pau-
peres, viduas, orphanos, Literatos Patriae,
remota omni hominum conscientia, in dies
non cumulat beneficiis ! Si grates quispiam
ipsi rependere velit, se non reminisci huius
beneficii, reponit. Vt adeo, quod Sallustius
de insigni Viro Romano Catone effatus est,
illud Ill. huic Viro Zempliniensium merito ad-
tribuere possimus : *Esse, quam videri male-*
bat ; ita quo minime gloriam petebat, eo ma-
gis assequebatur.

Restat adhuc, vt ea, quae ad priorem edi-
tionem de ipso Opusculo praefatus sum, re-
geram. Vir Illustris Antonius Szirmay prae-
senti

senti Opusculo Paraemias, Adagia, Prouerbia, Dicteria, Parabolas, voces et Formulas linguae natiuae, et latinae quoque, prout apud Hungaros in vsu sunt, collegit, et magno lectionis, ac eruditionis Philologicae, et Historicae, apparatu ita illustrauit, vt ea quoque, quae nude posita ad Mythologiam referenda fuisse viderentur, ad Historiam iure transtulisse videri possit. Praestitit autem istud ea ingenii, qua pollet plurimum, facilitate, atque argutia, vt res scitu honestas, atque vtilis, leporibus mixtas et conditas, lectu redderet iucundas ac oblectabiles. Argumentum est, quod apud nos adhuc a nullo ita tractatum esse memini. Cogitationes plerasque habet natiuae indolis et originarias, arte non effictas, sed vestitas duntaxat, in quibus multa latent, aliis linguis et gentibus minime propria, neque tam efficaci energia verborum enuncianda. Si in quibusdam satyram videre velis, deprehendes illam ita scoptice institutam, vt maioris efficaciae capax vix esse videatur. Sed haec Lectorum iudicio, quos, vt singulorum vim capiant, polyglottos esse oportet, perspicienda, et iusto pretio aestimanda relinquo.



P A R S I.

D E

HUNGARIA, EAMQVE INCOLENTI-
BUS POPVLIS, IN QVANTVM CVM ADA-
GIIS NEXVM HABENT.

§. 1.

Hungaria passim *Europaea Chanaan* dicitur. Vnde commune est de ea Nationum, quae fertilitatem eius degustarunt, sentimentum: *Extra Hungariam non est vita, si est vita, non est ita!* *)

§. 2. Ambitu suo 3040. milliaria quadrata complectitur. Incolarum numerus 7780894. iuxta militarem Iosephi II. Imp. conscriptionem anno 1787. efficiebat.

Ex

*) O! földi *Kanahán!* *Európa Edene!*

Természet tárháza! mindennek mindene!

Beléd zárattatni kívánatos fogság,

Mert határidőn túl nincsen igaz boldogság.

Ex his Romano - Catholici -	4120000
Graeci Ritus vniti -	520000
Graeci Ritus non vniti -	800000
Augustanae, et Helvet. Confess.	1560000
Iudaei -	80894

Summa -	7780894
Inter hos Nobiles -	162947
Ecclesiastici -	13802
Ciuitates -	99
Oppida -	548
Pagi -	10776
Praedia -	1200
Domus -	1053353

§. 3. Huic terrarum amplitudini quod non respondeat incolarum numerus, et quod 1200. adhuc deserta reperiuntur, damnant nonnulli; sed prouerbum est Hungarorum: *si in Hungaria pusztæ* (sic praedia vocant) *non fuerint, boues Hungarici non venient amplius Viennam.*

§. 4. *Pusztam* interpretes S. Scripturae *desertum* appellant, et significat terrenum aliquod vacuum, in quo pagus aliquando stetit. Cur autem Hungari *Pusztæ* praedii nomen in Latino tribuant? non assequor, nisi forte quia quantum olim Romani e praediis suis, tantum voluptatis et e *Pusztis* suis capiunt. Certe dum Patres Societatis IESV in Logica olim ingenia iuuentutis disceptatione *idaearum innatarum* multum fatigarent, sic nos conscholaris noster Hungarus adolescens allocutus est: *Frater! ibo pro Paschate domum, diuertam ad patris mei pusztam, et in satisfactionem illius: quod de idaeis innatis mentem meam ita torquere debuerim, per duas septimanas nihil cogitabo!* Quamuis ibi non habeant balnea sua, nec gynoecea, nec amena tem-

pe, nec hortos pretiosos, vti Romani. Habent tamen pulchra pascua, et in his boues, equos, vaccas, et oues, ac ranas diligenter coaxantes magno numero.

§. 5. Boum Hungaricorum nomina sunt plerumque: Darú, Szöke, Kajla, Csákó, Szarvas, Lombár, Bige, Bojti, Bodor, Vidlás, Hegyes etc. Equorum nomina: Pogány, Szarvas, Fecske, Kedves, Kessely, Ficzko, Szárca, Rigó, Gyilkos, Csillag, Rósi, Luczi, Jutzi etc.

§. 6. Antequam tamen sui iuris hanc Chanaan facerent; nostris heu quanto sanguine venit Aus! Bis ex Europa pulsi, tertio tandem ex Asia egressi post cruentas caedes: stabilem in ea mansionis sedem figere poterant. Vnde terram hanc sanguine partam *vérel nyert hazánk!* nominant, vel epithetum *dulcis patriae* suae Hungarus semper adicere solet: *Édes hazánk!* Quid ergo sibi Princeps, quid patria non potest promittere ab Hungaris, dum tantus patriae amor animis ipsorum insidet?

§. 7. Dum adhuc in Asia degerent, passim *Schytharum* nomine veniebant; quod eo gloriati: quasi singulus eorum 100. hostibus resistendo par eum exordio pugnae *Százkiki!* Inclamauerint, siue: vt centum hostes contra singulum eorum prodeant. Vnde primum Persae eos *Saki*, aliae vero nationes *Sakitas*, Latini per abbreviationem *Schyttas* compellarunt. Apud Persas, et alias Orientales nationes vox *Scha* hodie dum centum designat, apud Hungaros vero Phrasis loco adhibetur, dum pluralitatem indicare volunt. Ita: *Száz Pap se paranesol néki, száz lábú bogár, százszor is rágtám 'füledbe, egy szó, mint száz.* *Schyttas* etiam *Anonymus* Cap. 1. *Dentumoger*, siue *Centum-Moger* (*Száz Magyar*) vocatos scribit. Eximium gentis in seruanda fide candorem, sinceritatem, iustitiam

continentiam antiquissimi sane scriptores testantur; Herodot. p. m. 523. Iustinus L. II. c. XI. Homerus in Illiade L. XIII. Curtius eorum legatos coram Alexandro M. Lib. 7. c. 8. sic perorantes induxit: „Iurando gratiam Schytas sancire ne credideris, colendo fidem iurant, Graecorum ista cautio est, religionem in ipsa fide nouimus. Qui non reuerentur homines, fallunt Deos. — Vnde nunc quoque Hungaro *in nobili verbo* promittere, plus est, quam iuramentum: Eleganter sane hanc in rem patrius Poeta:

Sancta fides fuerat Scythis, et nescia fraudis,
Fallere nemo suum voluit, nec sciuit amicum,
Pondus erat dictis, simulatio nulla, dolusque
Inter eos. Leges naturae quisque secutus
Intulit iniustum nulli, CORPVSque perenne
IVRIS erat: sincera fides, pietasque Scytharum
Incorrupta. Ergo nunquam per numina coeli
Iurabant. Nec amor veri sincerus, et aequi
Indiget hoc falsi medio. Communis habebant
Vim iuramenti Scytharum singula verba!

§. 8. Tradunt Iustinus, et Jornandus Hungaros olim in Asia in duas gentes diuisos fuisse; in Schythis nempe, a quibus nos descendimus, et Parthos, successu autem temporis Parthos a Scythis descivisse. Hinc notae sunt voces: *Pártos, pártiütés, el-pártolt*, quibus *rebellis* significatur, et *Ebadta*, qua primaria ciuitas Parthorum *Echbatana* per abbreviationem quasi in ludibrium indigitatur. Utuntur hac phrasi Hungari, dum per Emphasim, et ludibrium aliquid designare volunt. Ita Generalis Comes Iosephus Gvadány dum Hungarum anno 1790. exteram vestem, qua indutus erat, exuentum, frameaque consecantem describit; vocem hanc pro Epiphonemate superaddit:

..... Kaputtyát hirtelen fel kapta,
 Kardjával felölről allyáig hasgatta,
 Nem tett Szabó ezen illy vágást, hogy szabta,
 Mondá soha rajtam nem léssel ! *Ebatta.*

§. 9. *Amazones etiam fuisse Scythici generis scribunt Iustinus, et Herodotus. Cum Heroice sine viris defenderint suam Regionem, Am-aszszony ! se vocabant, quod in Latino : Ecce ! ego sum faemina ! significat. Scythae ipsas Eör-Patha, siue maritcidas vocabant. Eör hodiernis hungaris Úr, Dominus, maritus, Pata autem occisorem designat. Vnde Csata, Pata pugna, Patvar lis. Insunt adhuc hodie militares hi igniculi animis faeminarum Hungaricarum. Anno 1790. virilem chlamydem, tunicam, pileum gestabant:*

Alól papucs, szoknya, felül Csákó, dolmány,
 Azt gondolnád fiú ! nézzed: egy szép leány !

Anno 1552. in obsidione Agriensi plurimae arreptis gladiis, et clypeis se in confertam dimicantium turbam coniecerunt. Virago quaequam sponsum occubuisse cernens, sex Turcarum caedibus priusquam occumberet, sponso parentavit.

§. 10. Quia vero Hungari magnam scientiae partem in Latina lingua semper collocarunt, veteres Ungaricae faeminae etiam in hac pares maritis esse volebant. Vnde dum maritus dixit: *Honores mutant mores.* Vxor: *Hores, mores markó fíles.* Quot capita, tot sensus, *Itipiti Koppensus* repetiit. Puer studiosus dum socium persuasissem, ne a vetula emat poema, quia est *turpis*; vetula se a pulchritudine dilaudari putans: *Édes fiam ! reposuit mihi, régen vóltam én turpis, de oda van már az én turpisságom !* Helueticae etiam Confessionis Minister, stomachi vitio laborans petierat vxorem: Kedves Susim ! eregy az A. po-

pothekába, kérj nékem *Coriandrum* magot, mert igen fáj a' *stomachus*som, nem *consummálhat*. Illa vero sic Pharmacopaeum allocuta est: adgyanak Tiszteletes Uramnak *Calendarium* magot, mert nagyon fáj a' *Domonkossa*, nem *Kozpitolhat*.

§. 11. *Szana* vox etiam ab Amazonibus deriuata teste Apollonio apud Scythas *ebrium* designabat. Vnde cum ebrii quidquid in buccam venit, eloquantur, *Szana szét beszélleni* confuse loqui significat. Inde accepit nomen Ciuitas Amazonum *Sinope* ab ebriosa, et meretrice Amazone, Scythis per ludibrium *Szana-pe* dicta.

§. 12. Scythae anno 374. Europam primo ingressi *Hunni* compellabantur. *Hon* apud Hungaros designat patriam, vnde *otthon*, *itthon* domi *Sohonnai* sine patria. Sub Atila rege semet ad inuicem vocabant: *Édes Honnyaink*, siue *patriotas*. Exterae nationes ignarae significationis eos primum *Honnos*, dein *Hunnos* compellarunt.

§. 13. *Atila*, vel aliis *Ethele* Rex anno 434. fundator Hunnici Imperii nomen a Volga fluuio accepit. Cum Simocata, et Nicephorus Volgam vocent *Till*, Menander *Atilam*, Theophanes *Atal*, hodierni Tartari *Idil*, *Etel*. Significat proprie *Album*, vnde et Procopius Hunnos sub Atila militantes *Albos* compellat. Vocem *Albus fehér* nimis vsitatam fuisse Hungaris testatum reddunt multorum locorum nomina: *Székes-Fehérvár*, *Nester-Fehérvár*, *Nandor-Fehérvár*: *Fehér-Egyház*, *Fehér-Domb*, *Fehér-Templom*, *Fehér-Hegy*, *Fehér-Tó* etc. Sed et sexum faemineum grato hoc vocabulo *Fehér-Nép* vocant. Peninsulam *Volgae*, amni-que *Oka* interiacentem Porphyro genitus *Etel-kusu* nominat; quia Hungaris *Etel-köz* dicebatur, sicut *Csal-ló-köz*, *Rába-köz*, *Mura-köz*, *Bodrog-köz* insulae hodie vocantur.

Europae hunc domitorem Hungarorum Regem ingenio sane crudeli depingunt obtrectatores Heroicarum eius virtutum scriptores; at si ad calculum vocemus vel vnicum illius factum, quo assentatorem Marullum ex Calabria ortum Poëtam, dum Atilam Diis genitum, quin DEVM esse caneret, digno Principibus odio auersatus vna cum adulatoriis versibus igne cremandum decreuerat, sed rursus seueritatem clementia temperans, supplicium, quo vsurus in eum erat, condonarar, Atilam clarissimorum in orbe Principum numero merito accensebimus. Marullum hunc hodie dum Hungari, dum assentatione gratiam quaerere nolunt, in prouerbio habent:

Csapodár Marulla kéne elébb lennem.

'S bűdös köves bortúl fél részeggé lennem.

Mint sem ezt meg vallyam forgós terengette,

'S kedvedet vadászszam Te! Kutya születte!

§. 14. *Buda* Ciuitatem Atila a nomine quidem suo vocari voluit, sicut et Teutones eius aetatis eam *Eczilburg* ab Atilae nomine vocabant. Sed Hungari ad perpetuam per Atilam interempti fratris memoriam illam *Budam* compellarunt, et quia amoenissimus exinde in *apertum campum* prospectus patet, hodierni Germani illam *Offen* nominant. Vnde Buda iugo, Venetae pelago, Florentia campo eminet!

§. 15. Prouerbia sunt de hac Hungariae Metropoli: *Meszsze Buda sántának. Háj! Buda háj!* dum per Turcas captam Hungari a longinquo spectarent. *Nem oda Buda! Ha Budárúl jött volna, sem híném. Mi hír Budán? Több veszett Buda alatt!* Nicolaus Schmitth in historia Ottomanicorum Imp. Tomo II. in calculum reuocat decies centena hominum millia partim in seruitutem abrepta, partim vario mor-

tis genere confecta, qui per occasionem istius urbis aut obsidendae, aut liberandae occisi, vel capti sunt Tanti videlicet fuit orbi terrarum Buda!

§. 16. *Venetiae* etiam anno 452. ortum, et existentiam suam Hungaris in acceptis referre debent. Quia nisi eorum excursions metuissent, Itali ad aquas habitatum non venissent, et quia *venerunt*, *Venetia* compellata est.

§. 17. *Csaba*, et *Aladdr* Atilae filii inter se disconuenientibus; anno 434. Hunnorum Imperium in Europa deletum est. Maxima pars Hunnorum cum *Csaba* pristinas suas sedes repetiit. Cum *Csaba* seduxerit Hungaros in Asiam, *Csábitam* seducere hodie Hungaris significat. *Cha-Aba* Exercitus Patrem designat; quia *Cha* §. 96. exercitum, *Aba* §. 65. Patrem Hungari vocabant,

§. 18. *Acs*, *ecs* etc. sunt apud Hungaros diminutiva. Ita *Kövecs*, *Kapocs*, *Dugacs*, *Kulaes*, et *Kács* in herba Nieotiana vocantur surculi. Vnde *Kacsóznia' dohánt*. *Boggács kóró*, *Forgách* etc. *Uracs* adolescens Dominus. Ita *Csaba* Atilae filium Vngari compellarunt, exteri vero scriptores vocis ignari *Irnach*, Germani autem a voce *Herr*, *Herrnach*, compellarunt, prouti ipsum vocat *Deguignes*.

§. 19. *Siculi* sunt reuera antiquissimae Hunnici huius exercitus reliquiae, post euersum Atilae Imperium in Transyluania relictas. Cum exiguo numero remanserint, *Scythuli* successiue *Siculi* compellati. *Székely* etiam custodes campi Hungari compellarunt, quod a custodia limitum Hungariae Siculis non male conuenit. Proverbia de iis: *Székely fogadás*. *Székely fortély*. *Székely pokolba-is el-megyen, csak meg fizessenek*.

§. 20. Anno 600. Hunni secunda vice Europam ingressi, sub nomine *Avarum*, *Abarorum* inclaruerunt. Nomen horum aliqui deriuant ab *Aba Pater*, quod Chaganum suum, et seniores populi sic nominauerint, vnde et Samuel Rex quia nimium popularis fuit plebi *Aba*, *Pater* dictus est. Alii nomen eorum deriuant a castro *Óvár*. Quia Procopius de Iustiniano scribit: „ad oram fluuii (Istri) Hunnorum (vt vocant) *Castro veteri* cum alia prouidit Iustinianus, „tum muros adcurauit. Non procul ab hoc *Hunno-* „*rum castro* geminus hinc inde praesidiis munitus „Ister fluit.“ Fuisse autem Hunnici generis patet tum ex eo: quod Procopius castrum *Óvár* Hunnorum castrum vocet, tum vero quod Theophanes scriptor Byzantinus scribat Supremum eorum *Mystam Borol-* „*Abrám* vocatum a Chagano *Avarorum* ad veterem suam generationem (quam *Tureos* nominant) profugisse. *Auares* itaque Turcorum, siue Hungarorum erant genus.

§. 21. Anno 796. ex Pannonia ipsos eiecit *Carolus Magnus Imp.* Vnde successiue quoslibet Reges *Király* a *Král Carolo* Magno vocarunt, sicut Romani Caesares (*Császár*) a Iulio Caesare. Vnde et Graeci *Kralem* Tureiae vsitato Hungaris nomine *Geobiczam* vocabant, vti inscriptio S. Coronae perhibet.

§. 22. Hungari anno 886. tertio Pannoniam ingressi Russis *Ugri*, Slaus *Uhri*, a *Jugorta* quam incolabant Asiae regione, Polonis *Wjengri*, Germanis *Unger*, Graecis *Turci*, Latini Hungari ab occupato castro *Hunghvár* (vti Anonymus Belae Notarius deducit) compellabantur. Proprium tamen eorum nomen est *Magyar*, siue a *Magor* Iapheti filio, siue a *Moager* eorum Rege, vti Clariss. Katona rectius deriuat. *Magyatos* compellatos fuisse testatum reddit Const.

Porph.

Porph. „Sciendum est, inquit, Patzinacitas a principio ad Atel, et Geich (*Volgam*, et *Jaicum*) habitasse, iisque conterminos fuisse populos illos, qui „*Mazari*, atque Uzi cognominantur.“ Sed et in annalibus Mongolorum, qui saeculo XIII. Europam conturbaverunt scribit Abulgasi: „eos bellum Urussis (*Ö-rozis*) Wlakis (*Valachis*) nec non *Madzaris* intulisse. Iornandes de rebus Geticis Cap. 5. Schythiae situm describens, ait: „*Hunugari* autem hinc sunt noti, quia „ab ipsis pellium murinarum venit commercium, quibus testante Anonymo c. 1. *Magyari* etiam ignobiles vestiebantur. Idem cap. 52. Atilae filios eas partes Schythiae petiisse narrat, quas lingua sua *Honnzvár* (siue gentilitium castrum) appellant.

§. 23. *Turci* vocantur apud Graecos scriptores Theophaniam, Porphyrogenetam, Curopalatem, aliosque *Tur* iuxta Bayerum, et Beer lingua Scythica designat *Nobilem bellatorem*. Ita hodie quoque apud Hungaros *türkölni*, *meg törni* significat decertare. *Türkölösdi* actu lusus est apud pueros Tybiscanos. *Türni* non aliud est, quam *Nobiliter pati*. *Ki* designat elegantem, *kietlen* deformem. Ita *kies erdő* elegans sylva. *Kietlen nagy homok*, deformis arena. *Turki* proinde nomen honorificum significat *Bellatorem Nobilem elegantem*. Nec actu dedecori sibi ducunt hoc nomen Hungari. Nam saepe se ad inuicem ita compellant: *Te Török fajta! Tatár fajta!* ex veteri traditione bene gnari: se *Turcorum*, et *Tartarorum* Asiaticorum posteros esse. *Tatur* est vocabulum vetus Hunnico Asiaticum, et in Historia *Tartarorum* sub Gingis Chano e veteri *Magyaria* saeculo post Christum natum XIII. ineunte prorumpentium ap. Stritt. T. III. p. 996. significat *satellitem*, vel *satrapam*, quia Praetoriana cohors, quae exercitus Ducem

stipabat, per excellentiam *Tatur*, et ab hac cuncti
 Gingis Chani milites *Tatari*, Europaeis tunc primum
 cogniti compellati sunt. Vnde nuiosos etiam Regni
 limites, velut satellites, ac satrapas Regni *Tatur* (*Tá-
 tra*) Hungari apud Anonym. C. 18. et 57. vocarunt,
 quos Latini *Carpaticos* montes, Poloni, et Galliciani
Bezkid, Slavi *Karpak* nominant. Circulus iste satel-
 litum Carpaticorum, siue prout Hungari *Havasok*, vel
Tátrák nominant, inde a flumini *Temes*, et *Cser-
 na* fontibus hodiernam Transylvaniam a Valachia, flu-
 uio *Aluta* perruptus diuidit, porro Cumaniam occi-
 dentalem a Transylvania, dein Galliciam ab vltiore
 Syluania, ac Hungariam per Comitatus Marmaros,
 Ungh, Zemplén, Sáros, et Szepes, altero tamen anne
Poprado infra nouam Sandeciam perruptus diuidit.

§. 24. Hungari Pannoniam sub septem Ducibus
 ingressi 1089000. capita recto calculo iuxta Thuróc, et
 Keza constituebant. In Tribus, siue Generationes di-
 visi. Tales Tribus, siue Generationes 108, sub Arpado
 Duce numerabantur. Singula Tribus 2000. milites, qui
Nobiles dicebantur statuit, vt adeo 216000. militum nu-
 merus fuerit, reliquam turbam residua 894000. capita
 faciebant.

§. 25. Genera huiusmodi domestica sequentia eru-
 derare potuimus: Árpád stirps Regia. Ducum: Za-
 bolch, Gyula, Kund, Lehel, Werbulch, Eurs. Nobi-
 lium: Aba, Achád, Akus, Bád, Bancha, Baksa, Beel,
 Bewd, Bihách, Billa, Boar, Bolugh, Borsa, Boyta,
 Bottond, Bruksa, Buzad, Bunger, Bulsu, Chaák, Ca-
 dor, Chanád, Catapán, Chór, Cuplin, Curda, Cul-
 pun, Curz, Dévék, Doboka, Ede, Edumer, Etke,
 Eleud, Ekulsu, Erdeüd, Geed, Gewr, Hahota, He-
 ten, Horka, Huba, Hudus, Hulek, Irkund, Kádár,
 Kamarcha, Káta, Kalán, Kolop, Koplony, Kolpos,
 Lácza,

Lacza, Miska, Miskówez, Mizidác, Obád, Ogmánd, Opasorkos, Opour, Ose, Otthobor, Pápa, Páth, Pethenád, Púl, Rák, Rátold, Rettel, Rusd, Sepel, Simád, Simian, Tas, Téth, Thekule, Tibold, Tomaj, Tosu, Tuhutum, Turda, Turzoll, Ugek, Uttzubù, Urkun, Várkony, Velek, Veresúr, Voyta, Zách, Zemere, Zemen, Zombor, Zóltán, Zuard. Consignatio, et explicatio locorum, quae cum postremo Hungarorum in Pannoniam aduentu memorantur : *Buduvar* Buda, Germanis *Ecilburg* ab Atila. *Budin* Vidin. *Borsoa* Borzsova. *Borsu* Borsod. *Byhor* Bihar. *Blundus* Bolondóc. *Bana*, *Borona* Baranya. *Borous* Baracs. *Beyta* Baltvár in Comitatu Castriferrei. *Bezprem* Weszprém. *Beuldu* Böldi. *Bular* Bulgaria. *Camaz* Komárom. *Dobuca* Doboka. *Drugma* Dorogma. *Durasu* Durazzo Dyrachium. *Erdenelu* Erdély. *Emend* Emöd. *Filepvar* Philippopolis. *Gelen* Gyalu. *Genru* Diósgyör. *Gumur* Gömör. *Golgonci* Galgóc. *Hungu* Unghvár. *Hongu* Hangács. *Horom* Zaránd. *Hymusudvor* Tokay. *Kenee* Khene in Comitatu Varsas. *Kasu* Kaza. *Lucy* Lúcz. *Lad* Sajó-Lád. *Munkas* Munkács. *Mezes* Meszes. *Miskonci* Miskólc. *Nyr* Nyir. *Nitru*. *Nándorfejérvár* Belgrád. *Nongrad* Neograd. *Olpar* Alpár. *Pota* Pata. *Purozlon* Porozzló. *Pasztuh* Pásztoha. *Posaga* Posega. *Pononcea* Páncsova. *Peytu* Palota. *Retel-potoka* Sáros-Patak. *Saturholmu* Sátorallya-Ujhely. *Saruuar* Sárvár penes Ecsed. *Saru* Sárvár in Comitatu Castriferrei. *Stumrey* Sempte. *Surungrad* Csongrád. *Spalet* Spalatum. *Sepel* Csepel, nunc Ráczkeve. *Sunad* Csanád. *Scereduci* Sardica. *Turzoll* Tarczall. *Tulsuova* Tólesva. *Titul* Tittel. *Tossu* Tass. *Trusum* Trenesin. *Torhus* Tardos. *Thyon* Tihany. *Ugosa* Ugócsa. *Ursuur* Eörs. *Ustores* Ostoros. *Vmosoner* Ér-mellyék in Comitatu Bihar.

Bihar. *Varod* Várad. *Vleon* Valko. *Ursuoa* Orsova.
Wazil. *Vatzil*. *Zeer* Pusztaszer. *Zemlun* Zemplén.
Zerenche *Zerelmes* Szerencs. *Zoloucu* Szalók. *Zo-*
bolsu Szabócs. *Zotmar* Szathmár. *Ziloc* Zilaj. *Ze-*
rep Szerep. *Zeguholnu* Szeghalom. *Zenuholmu* Szin-
 halom. *Zalonkaman* Szalankemen. *Zekuseu* Székeső
 in Comitatu Baranya.

Consignatio suuiorum.

Almas in Comitatu Kolosiensi. *Budrug* Bodrog.
Buldua Bóldva. *Beguey* Véga. *Bolotun* Balaton.
Cris Körös. *Copus* Kapos. *Caligu* Kaliga. *Curtu-*
elton Kurton. *Culpe* Kulpa. *Courough* Korogy. *Duna*
Danubius. *Denep* Dnister. *Droua* Drava. *Etil-Vol-*
ga. *Egur* Eger. *Ferteu* Fertő, a quo omnes Lacus
 Vngari per aneonomasiam *Fertő* vocant. *Caran* Gra-
 nus. *Honrat* Hernád. *Humusouer* Hó mosó ér. *He-*
nyon Hejő. *Loborcey* Laborcz. *Loponsu* Lappangó.
Morus Maros. *Murova* Morva. *Naragy* Nyárad. *Ra-*
bucea Rábcza. *Sonyou* Sajó. *Sytva* Zsitva. *Seztu-*
reg Csesztreg. *Tiscia*, *Tiza*; *Ticze* Tybiscus, quia
 10. fontibus prorumpit, quasi *Tiz-dg*. *Temus* Temes.
Tukota Takta. *Turu* Túr. *Topolucea* Tapolcza. *Tur-*
mas Tormos. *Teteutlen* Tétellen. *Wereneca* Verő-
 cze. *Woyos* Vajasér. *Ypul* Ipoly. *Zemus* Szamos.

Consignatio montium.

Buldahu Bolhád. *Boductu* Bodajd. *Cerumo*
Czerem. *Gemelsen* Gyömölcsén. *Igfon*, vnus ex limi-
 taneis. *Matra*. *Peturgaz* Pétergaz, nunc Petrovago-
 ra. *Pacoztu* Pákosd. *Tatur* Tátra. *Tursoc* Turszok.
Turzoll Tarczal. *Turobay* Torbágy. *Vetrus* Vértes.
Zepus Szepes. *Zouolon* Zsólom. *Zubur* Czobor.

§. 26. Nomen quidem DEI a Persico *Iezdan Iez-*
ten adoptarunt Hungari. Martem coluisse scribuntur.
Atila gladium Martis se inuenisse gloriabatur. Eorum
 Scy.

Scythica sacrificia iuxta puteos, fontes, ad arbores, et lapides memorantur S. Ladis. Decr. L. Cap. 22. peculiari tamen nomine per antonomasiam DEVM suum, DEVM Hungarorum (*Magyarok Istene*) vocabant. Antiquissimum sane est apud Hungaros dictarium, quo hostibus suis minari solent: *Meg emlegeted a' Magyarok Istenét!* quasi peculiaris aliquis Tutelaris DEVS pro Hungaris staret. Ita est: DEVS Patrum nostrorum nos tanquam electum suum populum ad Europaeam Chanaan eduxit, et inter tot funestas rerum conuersiones intenta quadam vigilantia seruauit. *Vere non fecit taliter Dominus omni nationi!* Eleutherius Pannonius Propheta Edit. Posou. 1790. pag. 6. sic DEVM ad Hungaros loquentem inducit: „ Imé én „ hoztalak ki titeket Scythiának földébül, monda az Úr, „ és által vittelek titeket a' Boristenes, és Tanais vi- „ zein, az Oroszok földgyén, a' Kárpátnak hegyein, „ a' ti ellenségeiteknek közepén, és bé hoztalak titeket „ Pannoniának földre, a' téjjel, és mézzel folyó föld- „ re, hogy egyétek az eő gyümölcseit, és az eő javait. „ Én a' ti Uratok adtam a' ti kezetekbe a' leg hatal- „ masabb Nemzettségeket, a' Tótokat, és a' Maraha- „ nokat, Blakkokat, és a' Bolgárokat, a' Pannoniuso- „ kat, és a' Karinthiusokat. Frigyet kötöttem veletek „ örökre, hogy ti legyetek nékem az én népem, és „ én néktek a' ti Istenetek, a' hatalmas Magyarok „ Istene!“ Iam Herodotus Lib. IV. tales Schythas, qui *Istien* colebant, memorat. *Isten* a Chaldaico *Eshta* (Exod. 3. v. 2) significat ignem, vnde Hungari focum illum perennem, velut omnipotentis DEI, qui in coelis est, symbolum colebant. Ita Menander Hunno-Avarorum Chaganum per *DEVM ignem*, qui in coelis est, iurasse scribit. Ita Theophilactus: „ Tur- „ cos ignem colere. aëremque, et aquam venerari,

telluri hymnos concinere, adorare autem tantummodo, et DEVM nuncupare, qui hanc rerum Vniuersitatem aedificauit, huic equos, et boues, et oues sacrificare, habereque sacerdotes, in quibus inesse vaticinandi facultatem arbitrantur; memorat. “Herculem etiam veneratos fuisse aliqui exinde autumant: quod *Herko-Pater* antiquissimum sit Hungaris vocabulum, et in prouerbio sit: *ha maga Herko Pater mondán, még se hinném.* fuisse autem iam antequam Christiana sacra amplecterentur, Hungaros nimium religiosos, et quidem saniore Philosophia, qua vnum DEVM Opt. Max. adorabant, Anonym. Belae Notarius pluribus locis testatur: cap. 39. Arpadem *uni DEO, rerum omnium Domino* suplicantem sistit. Cap. 46. DEVM bona Regnorum Hungaris dedisse. Cap. 49. DEVM Arpadi victoriam contulisse. Cap. 50. DEVM, cuius misericordia praeuia erat, Duci Arpad, suisque militibus inimicos eorum tradidisse, refert. Turoczianus vero Anonymus Par. II. C. 3. ait: „Arpad vero cum suis de aqua Danubii cornu implens ante omnes Hungaros super illo cornu *Omnipotentis DEI* clementiam rogauit: ut Dominus eis terram in perpetuum concederet. Finitis his verbis omnes Hungari clamauerunt: *DEVS! DEVS! DEVS!* tribus vicibus, et ibi inuentus est vsus iste, et seruatur apud Hungaros vsque modo.“ Dum nempe ante pugnam §. 101. ter nomen DEI inclamabant, dum etiamnum in fatali aliquo casu exclamare solent: *Istenem! Istenem! Istenem!* vel Bóldog *Isten* mire jutánk!

§. 27. *Almus* Dux Hungarorum, qui eos anno 884. ex Asia eduxit, ideo *Almos* a somno dictus: quod mater illius *Emeza* antequam illum pareret, somniauerit: ingens flumen ex utero suo, et genitalibus mariti *Ugek* prodinisse, quod magnum terrae tractum inundauerat. Anonym. Belae Notar.

§. 28. Exercitus eorum ex meris Equitibus, *Lovancz* dictis, constabat, vti describit Leo sapiens. Supremus Dux militiae *Vezér* vocabatur, 6000. selectissimorum Praetorianorum turma (*Lovas test-örzö*) stipatus, tam ipse, quam subalterni eius Duces (*Feö-Kapitányok*) Supremi Capitanei singulus 30000. militum ducebant. Horum rursus Legati (*Had-Nagy*) quilibet decem millibus militum imperabat. Mille militibus *Ezredes-Kapitány*, centum militibus Centurio *Százados*, decem militibus Decurio *Tizedes* praeerant. In ritu explorandae veritatis §. 24. enumerantur: anno 1219. *Scema Hadnagio*, *Degus Centurio*, *Monkud Ioubagio de Castro Zemlum*. *Ioubagiones* orodiensis castris, scilicet *Hodnagio* Nuhu, Bayr, Belcho, Kelenin *Centuriones*. §. 110. anno 1219. *Ioubagiones* castris *Caraznay* (Kraszna) scilicet Ruben *Maiores exercitus* (*Had-nagy*) Echilleus *Varnog*, Euzud, et Pinna *Centuriones*. Hungari ex Leonis sapientis notationibus aciem in turmas millenarias distribuere solebant. Turma autem millenaria ab vno debite regi non potuit. Recte itaque praefecti sunt Centuriones, et Decuriones, qui ordo militiae (*Tacticam* vocant) hodie dum per gentes artis militaris peritissimas observatur, dum aciem in turmas millenarias (*Battallion*) diuidunt.

§. 29. Comitatum eos animalium magnam multitudinem tam escae, tam lactis potus causa refert Leo sapiens; sed et Nomadicae vitae in gente nostra sunt reliquiae, quod annos pecorum a pascuo computet: *Harmad-sü, negyed-sü*. Item *Zeke-zukdját el vitle*: omnia secum abstulit, deriuatur a *Zekér*, cum Hunni, et Scythae omnia sua mobilia curru portauerint.

§. 30. Vnde *Kullacs* est vetustissimum Hungaris vas, quo potum circumgestare consueuerunt. Inuentionem Hungaris debet, qui Nomadicam vitam viuendo

do in excavatis lignis lac equinum, vel vaccinum, secum pro potu circumferre solebant. Pannoniam ingressi lacte reiecto generosum in eo falernum circumferunt, et quia liquorem guttatim cum sonitu quopiam emittit, vocatur etiam *Kotyógó*, vnde commune Tokayensium montium accolis: *Mádi borom hidegen, a' Kotyógóba legyen. Meg kotyógósodni* tantundem, ac mediocriter inebriari significat. Iesuvitae *Jesuviter spitz* vocabant, quando videlicet quispiam non (vti vocant) Theologice, sed tantum mediocriter inebriatus est, si-ve fornacem Patris Rectoris loco salutavit. *Kullacs* ab insigni quopiam ebrione Georgio Veres, etiam *Veres Gyurkó* nominant Hungari.

§. 31. Canis Hungaricus *Juhász Kutya* etiam probabilius cum Hungaris in Pannoniam venisse videtur, et est argumentum pro eo: quod Hungari ex Asia Septemtrionali venerint. Quia lubenter cubat in niuibus, et simillimum Hungarico villosum Siberiacum canem describit Buffon, et recte observat. Cel. Schlötzer. Apud Hungaros superbo assimilatur: *Úgy sétál, mint a' Kunok ebe az homokon*. Vocatur plerumque: *Duncsi, Tisza, Sajó, Bodri, Göndör. Szemes, Vigyáz* etc. *)

Illud in cane Hungarico peculiare: quod alteri nationi praeter Hungarum non adhaereat, nec in alia Europae regione facile propagetur. Sedulum ouium custodem agit: in angulo caulae ex fimo congestae (Hungari *Szarvas* vocant) tanquam specula excubat, agnellos a grege aberrantes ad matres compellit, tenellas proles amat, quasuis earum petulantias patienter perfert,

*) Opinantur Hungari canem talem rabie non corripiendum qui a praeterfluente quopiam nomen gerit.

fert, nec minorennis aggreditur, e contra furem, suspectum naturali quopiam instinctu observat, herum suum prae caeteris distinguit, aduenientem miro saltatu salutatur ita, vt nonnemo canem suum *Bodri* saltatoribus comparare non addubitarit:

Hald feleség, kérlek, *Bodrink* mint vigadott,

Midőn a' *Szarvasról* hozzám le szaladott,

Természetesebben járta ő a' táncot,

Mint a' kik viselnek mindenféle rántzot,

Láttam én a' *Bálba* Pesten mint forgottak,

Tollas Kalapokba miképpen ugrottak,

Végig a' *Száldba* tettek *Kalupádát*,

Sok közzülök jó hogy ki nem törte lábát.

Bodri ugrássait a' mint el kezdette,

Hidd-el: módossabban náloknál ejtette.

Mind jobbra, mind balra sokkal szebben forgott,

Mind a' *Bálba* szoktak másra ő nem morgott.

Hol el futott tölem, hol pedig vissza tért,

Láttam *Kalupádhoz*, szint' úgy, mint ők, hogy ért.

Pedig tollból néki nem vólt bokkrétája,

Sem pedig be festve nem vala ortzája.

Kutya ábrázattyát ő csak meg tartotta,

Majom ábrázatra azt nem fordította.

Sunt etiam dociles. Senio confectus Colonellus Nagy retulit: cum bellum anno 1741. coeptum iam terminaretur, Belliduxque Baranyay in solo Gallico relictus cum suis cœpiis reditum pararet, relatum fuisse illi: esse in platea hominem, qui lupos Scythicos circumduceret, an admittere velit, vt eos producat? Baranyay assensit, et ante hospitium suum spectabat. Circumforaneus in conspectum dedit suos lupos Scythicos, et exercuit more circulatorum: *ad Ugandum!* lupi saltabant. *Ugatandum!* lupi vlulabant, et ita linguam quoque Scythicam mentibus spectatoribus im-

ponebat. Cum recepto more finita Comoedia nummos ad pileum colligeret, et Hungarum quoque Belliducem accederet, hic manu prehensum remotis arbitris ad partem duxit: *Te Magyar vagy! secreto sciscitatus. — A' vagyok Kegyelmes Uram! — És ezek a' farkasok hová valók? — Kecskeméthi juhász Kommandorok Kegyelmes Uram. — Hát a' nyelved Scythiai, vagy Magyar ad ugrandum, ugatandum? — Scythiai nyelvnek tettem. — Vltro Baranyay, quid hominem ad hunc quæstum induxerit? vrgebat. — Paupertas, et exemplum exterorum, reposuit ille. Se debitis inuolutum vidisse, quomodo exteri pecuniam colligant, et hanc scenam elegisse. — An aliquid profecerit? — Omnino, non solum debita exoluisse, verum etiam notabilem summam in aere parato habere — No! Tu es primus ex Hungaris, conclusit Baranyai seueri vir ingenii, qui huius generis imposturam suscepisti; cum te inueris, iam desine, et non facias genti hanc contumeliam! Hungari enim non est Agyrtam, vel Histrionem agere; secus et milites mei te prodent, commentitium sermonem, et tuos Kommandorones bene noscentes.*

§. 32. Scythas, Hunnos, Hungaros veteres lecturæ, et scripturæ gnaros fuisse, imo peculiare Alphabetum habuisse sequentiâ euincunt:

1. S. Hyeronimus scribit: Deposuit arcum Armenus, *Hunnus* psalmum discit, *Scythiæ* frigus Evangelii igne calet.
2. Theodoretus anno post Christum natum 427. habet: Hebraicos libros non solum in Graecum, sed et *Scythicum* idioma versos.
3. Menander Protector memorat *Scytharum* legatos Bizantium venisse, literasque *Scythico* caractere scriptas attulisse.

4. *Scythicas* literas apud Siculos in Transylvania suo aeuo adhuc visibiles fuisse testantur Nicolaus Oláh, et anno 1555. Stephanus Székely. Paulus Liszyai Kovács ipsum characterem Siculicum, qui primorum illorum Hunnorum sunt posteri, describit. Hoc caractere vsum Superintendentem Csulay anno 1650. Stephanus Geley Katona veteris Siculici characteris Grammaticam anno 1645. Albae Iuliae edidit. Stephanus Zánovszky dicit. Librum Hunnico - caractere conscriptum in Bibliotheca Florentina Magni Ducis Etruriae reperiri. Tali caractere inscriptionem adhuc ostentat templum Szent-Mihályiense in Sede Csik Siculica, prout in Dacia Siculica legitur. Ioannes Pannonius Hunnicæ linguae Grammaticam conscripsit, prout testatur Decius Barovius in literis ad Ioannem Telegdy scriptis. Alphabeti Hunnici mentionem facit Godefridus Swarcz, Matthias Belius in vetere literatura Hunno - Scythica anno 1718. Ioannes Godofr. Oertelius in opusculo Wittebergae 1746. excuso, vbi Alphabetum Regis Atilae cum adnotationibus habetur. Idem ediderunt Hickesius Anglicus, et Godefr. Henselius. Quae omnia inelamant: gentem literatam, et cultam fuisse.

§. 33. Poeseos imprimis cultricem fuisse nationem memorant Priscus Rhetor, qui ad mensam Atilae versus maiorum praeclara facta referentes occini audiuit, et Anonymus Belae Regis Notarius, qui ad cantus, et versus veteres Hungarorum prouocat, siquis de veritate scripti sui dubitaret. Anacharsis Schythicas leges versibus conscripsit. Nulla in orbe lingua est, quae lusum ingenii in qualibet voce multiplici sensu apud Hungaros alterabili ita suppeditaret, sicut Hungarica. Bina solum exempla adducimus: Comitem Samuelen Teleky post obitum Iosephi II. Imp. Supremum Comitem anno 1790. reiecerunt Biharienses, dein regnante Leopoldo II. omnium gratulatione exceptum. Ta-

bendi materie datae : „ Itt Kassán nagy gyuladék
„ tegnap előtt támadott. Úgy hallik : hogy *gyújtá-*
„ *szok támadása* volna, Már is néhány *gyújtászok*
„ ell fogattatván, a' *Rab tárnak belöletébe* lakat
„ alá zárattattak, a' honnan ki hozattatván, 50. páleza
„ *ütemények* adattak az *allóllatyoknak felületére*,
„ jobb lett volna : ha a' *Törvényekek* azokat az *Öl-*
„ *szek* kezébe által adták, és az *emberes társadal-*
„ *mokból* ell láthatatlanították volna, hogy ez által
„ *enyészetésitetne-ell* az emberek szívének *foglalattya*
„ *búl* a' nagy *rettegmény*, és a' *közönségnek bátron-*
„ *sága tökéletessitetnék*, nem volna a' *helyyenségek-*
„ *ben* annyi *gázonság*, és *tolvajonság.*)

Quod incorruptum sermonem Vngaricum conser-
vent Tibiscani, sibi vendicant, vti patet ex sequenti
eorum cantilena :

Rákos mezőn egykor Pesti Vásárkor,
Túl a' Tiszán lévő Csikós Bundástúl,
Dudástúl,
Bundástúl,
Három ittze finom borra bé fordul.

Azt kérdezik az ott valók tréfából?
Ha tudnak-é túl a' Tiszán Magyarúl?
Tiszántúl?
Magyaról?

Felel nékik ezen Csikós tréfából:

Túl a' Tiszán iszik Magyar Korszóból,
Jó paprikás húst-is eszik Bográcsbúl,
Tiszántúl,
Bográcsbúl,
Ugyan bizony helyessen van Magyarúl?

Tāi

* * *

Fül a' Dunán iszik Magyar Glaszlibúl,
A' Rosz-prádlit - is meg eszi Czin - tálbúl,
Dunántúl,
Glaszlibúl,
Eb ugatta módon van ez Magyarúl!

* * *

Kortsmárosné nállunk beszél Magyarúl,
Itten pedig, a' mint hallom, Németül,
Tiszántúl,
Magyarúl,
Nem-is fér ki a' Némét szó torkából.

Plébános, és Praedikátor Tiszántúl,
Orosz Pap-is prédikál csak Magyarúl,
Dunántúl,
Németül,

Wagy Rátzúl, majd meg fúl!

§. 34. Allegorice vel maxime, et in parabolis loqui consuetum fuit veteribus Scythis, et Hungaris. Herodatus scribit veteres Scythas Dario Persarum Regi mississe murem, avem, ranam, et sagittas designantes: quod nisi ad instar muris foramina terrae quaesierit, ad instar avis auolauerit, vel ad instar ranae infra aquas se occuluerit, sagittis Scytharum confingendus sit. Hungari vero Svatoplugo Marahannorum Regi missis donis alborum equorum, terram, gramen, et aquam ab eo petierunt, et impetrando occupaverunt. Unde: *fejér lovon, el adta a' Tóth, az Országát. Vele rohant a' paripárol, mint hajdan a' Tótok Királya a' fejér Kanczáról.*

§. 35. *Aldomás* est potus benedictionis pro vsc
captione. Ita maiores nostri Pannoniam occupantes
monte *Turzoll*, nunc *Tarczall* Tokayensi, occi
pin-

pinguissimo equo magnum *Aldomds* fecerunt, *singulis fere diebus inebriati propter euentum laetitiae*. Anonym. Belae Notar. Cap. 16. 22. Veteres Scythas, dum pacta inirent, emissum ab vtrunque e manu dextra sanguinem bibisse scribit Herodotus. Ita et Hungari sanguinem e venis suis miserunt, dum cum Arpadi Principali stirpe pacta super forma regiminis, quam hodiedum retinent, iniuerunt.

§. 36. Ex generibus §. 26. memoratis, quae Europaeam hanc Chanaan occuparunt, multas hodiedum Generationes in sexu virili superesse in Hungaria certum est. Nos ipsi inter tot patriae vicissitudines adhuc supersumus! Ex primorum tamen Ducum genere nonnisi Comitum *Eszterházy* ab *Eurs*, eiusque filio *Esztoráz* descendens genus, et Comitum *Csáky* illustris prosapia superest.

§. 37. *Csáky* Comitum familia, a *Zabóleh* vno ex septem Ducibus Hungarorum orta, successiue nomen accepisse dicitur: quod antenatus eorum Saracenorum Sultanum ad singulare certamen provocans: *Csak ki! Csak ki!* capud eiusdem (quod est *Csak*iorum insigne) amputauerit. M. Ioannes de Thuróc. P. II. Cap. 4. de *Csákiis* haec scribit: *Zabóleh* vero alius Capitaneus, vnde *Cháak* oritur generatio, descendisse dicitur in ipso campo, et loco, ubi *Csák-vára* nunc iacet desolata. Illud enim castrum *Zabóleh* fundauit Capitaneus, quod postmodum *Csák*, ipso mortuo, suo nomine a cognatis, et familia iussit appellari. Primo quidem *Zabóleh* dicebatur. Illud etiam castrum temporibus *Andreae*, *Belae*, et *Leventae*, filiorum *Zaar Ladislai* per commune Consilium Hungarorum est confractum. Ab iis nomen etiam accepit *Csák-Tornya* in insula *Muraköz* Comitatu *Szaladiensi* circa annum 1271. impendiis

Csákiorum Demetrii ne Palatini, a Stephani Taver-
nicorum Regalium Magistri? ambiguum erecta. Illu-
stris stirps *Csákiorum* ab innato candore, et liberali-
tate in prouerbium apud Hungaros abiit: *Nem Csáky
szalmája*, tantundem significat apud Hungaros; ac
bonitate, et liberalitate cuiuspiam abuti. *Eleud* autem
pater *Zobolsu*, a quo genus *Chák* descendit, ideo po-
pulariter *Eleud* dictus est: quod antesignanorum (*Elö-
di Magyarságnak*, siue *Avant-garde*) Dux, *Elödi Ve-
zér* fuerit.

§. 38. *Szer* apud Hungaros ordinem designat, vn-
de *Szer-tartás* ordo. Locum proinde illum, in quo
Hungari redacta in ordinem Republ. anno 886. sub
Arpado Duce prima habuerunt comitia *Zeer* vocarunt.
Est desertum ad Tibiscum prope Zegedinum, nunc
Pusztá-szer, olim Abbatia de *Zeer-Monostira*. Suc-
cessiue campus *Rákos* ad Pestinum celebrationi Comi-
tiorum delectus est, qui a copia Cancrorum in prae-
terfluente *Rákos* reperibilium nomen accepisse dicitur,
vel forte a Tribu *Rák*.

§. 39. Principale obiectum fuit Comitiorum *Liber-
tas*, semper aestimata Hungaris. Vnde communis eo-
rum Sententia: *Nints drágább a' szabadságnál!* Non
placent aliarum nationum sine hac diuitiae. Quia di-
cunt: *Farkas ha koplal-is, nem tserélne még-is a'
Kalmárck ebével.* Iam Leo sapiens Hungaros inge-
nuos, et *Liberos* fuisse affirmat. Eleganter sane anno
1784. patrius Poëta: *Est sacra libertas nobis, hanc
deme, libenter caetera Caesaribus gens dabit ista
suis!* Vetus est apud Trenchénienses Scholasticos can-
tilena: *Aurea libertas, ubique triumphas, solaris
merentes, recreas dolentes.*

Libertas vero Hungarorum constitit in eo: vt re-
gantur per Regem haereditarium iuxta leges in Co-
mitiis

nitiis patriae latas. Optimam hanc, et maxime durablem Regiminis formam, quam nunc nationes omni liberali doctrina politissimae adoptant, mirum! Maiores nostri ex Asia egressi, quamuis expertes Doctrinae Diuinioris, electo Duce Almo (teste Anonymo Belae Regis Notorio Cap. VI.) in Europam secum attulerunt, et ultra mille iam annos illibatam conseruant. Nec mirum? quia quod olim Claudianus de Iau. Stil. L. 3. cecinit:

Fallitur Egregio quisquis sub Principe credit
Seruitium, nunquam libertas gratior exstat
Quam sub Rege pio.

Id Hungari in adagio habent:

Hazudik valaki mondja szolgáságnak,

Szabad szolgálattyát a' jó Királyságnak,

Olly arany ideje nints a' szabadságnak,

Mint ha kegyes Ura vagyon az Országának.

§. 40. Huic Epochae complura Hungariae loca nomenclaturam suam debent: *Munkács* locum Hungari in Pannoniam venientes primum occuparunt, et *Munkács* nominarunt ex eo: quod maximo labore ad terram, quam sibi adoptabant, peruenerint. Anonym. Cap. 12. *Laborcz* fluuium Hungri a Duce Slauorum *Loborecy* dixerunt, quem suspendio ad hunc fluuium affecerunt. Anon. Cap. 13. *Chepel* insula infra Budam, nunc perperam *Rácskeve*, equatio Ducali per Hungaros destinata nomen accepit a Cuno *Sepel* dicto, Arpádi Ducis Agazonum Magister.

§. 41. *Fén-szarú* Iazygale oppidum nomen accepit a Cornu *Lehelis* Hungarorum Ducis, quod ibi asseruatur, et *Fényes-szarv* dicebatur, dein ad oppidum *Jász-Berény* translatum. Vide huius descriptionem per Franciscum Molnár.

§. 42. *Tsürsz-árka* est nomen iis aggeribus, qui duobus fere miliaribus infra Gyöngyösinum ab *Arok szállás*, vnde loco huic nomen, inchoati, 15. miliaribus ad Tybiscum procurrunt. Nomen acceperunt a *Curz Kundi* filio, cui (vti Anonym. Cap. 36.) *Arpád* dedit unum castrum ad custodiam populi sui. Tunc *Curzan* castrum illud sub suo proprio nomine iussit appellari, quod nomen usque in hodiernam diem non est obliuioni traditum. Huius tamen aggeris nonnisi custodia *Csörsz* commissa. Nam per Auares adhuc contra incursiones hostium exstructus probatur. Ab hoc custodibus campi hodie dum *Csösz* nomen, Turcae vero *Tschausz* dicunt.

§. 43. *Arva* Comitatum nomen accepisse, traditio est apud Hungaros; quod dum illum subacta Pannonia subingressi fuissent, auenaceo pane horridum, quasi alteram Scythiam conspicati, nullo Hungarorum sedem in eodem figere volente; *Orphanum* quasi reliquerint, inditoque nomine *Arva*, quod latio sermone *Orphanum* designat, *Arvensem* compellauerint. Ita Rex Matthias Corvinus, dum Ioannem Quinque-Ecclesiensem Praesulem coniurationis insimulatum carceri arcis *Arvensis* includi faceret, fertur dixisse: *Arva fuisti, arva cris, et in Arva morieris.* *)

§. 44. *Lypto* Comitatum nomen accepisse traditio est: quod dum subiugata Pannonia, quam quisque secuturae posteritati mansionem deligeret? quaerendo, eam Pannoniae partem, vbi nunc *Lyptoviensis* Comitatus, subingressi fuissent, haec plaga quoque iisdem displicuerit, ampliora igitur effuso sanguini suo praemia quaesituri, *Lépj. tovább!* progredere vterius commilito: dicebant.

§. 45.

*) *Túrocz* Comitatum a Caseo *Túró* vocarunt.

§. 45. Sunt tamen optima in Lyptovia, et non vbi-
que obvia: Aurum Botzense, Antimonium Dubravien-
se, Szelniczense Nitrum, Gombaschense vitrum. Ther-
mae Lucskenses, Corium Lipsense, Burenda Hradkien-
sis, Caseus Vihodnensis, Fictilia Rosembergiensia, Pi-
sa Tarnóczyensia. Scandulae Vazecienses, rates Szoka-
czyenses. Ollae Nagh-Palugyenses, asseres Demény-
falvenses. Tigni Lehotenses, Corbes Gontfalvenses. Ce-
reuisia Lipsiensis, Martialis Alsó-Rasztókiensis. Caro
Rosembergensis, Panis Nicopoliensis. Montes Pribili-
enses, fides Behárfalvenses. Campus Vrbicensis, siligo
Olasziensis. Parochia Rosembergensis. Ecclesia Oko-
licsnensis. Limbi Pribilienses, Loricæ Bodofalvenses.
Salices Felső-Rasztokienses, Specus Deményfalvenses.
Papyrus Szent Miháliensis, Fons Szentivániensis.

§. 46. *Szepes* Comitatum nomen accepisse dicunt:
quod subiugata Pannonia, dum relictis Comitatibus
Árva, et Lypto terram Scepusiensium subingrederen-
tur, haec iam planioribus ornata vallibus pro multo-
rum voto fuerit. Vnde plagam hanc Árvensi, et Ly-
ptoviensi praeferendo, *Szebb-ez!* pulchrior haec! col-
laudarint. Reipsa tamen *Scepusii* nomen deriuatur a
Scyris Atilae in famosa anni 451. expeditione Gallica
sociis, quos Procopius Caesariensis nationem Gothicam
fuisse, ac in Septemtrionalibus Istri regionibus habi-
tasse, Plinius autem vsque ad Vistulam diffusos fuisse
testatur. Seipsos *Scyrpser*, dein *Zypser*, regionem
suam *Zypser-Land* vocabant, vnde contractum illud
Scypus, postea *Scepus* in antiquis diplomatibus oc-
currens deriuatur, siue *terra Scepusiensis*. Iam Ano-
nym. Belae notar. Cap. 32. syluae *Zepus* facit mentio-
nem. *Scyrorum* memoriam oppidum quoque *Scyr-
zyc* in Zatoriensi Ducatu existens, et *Scyrzycense*,
Hungaris *Zirciense* Cistercitarum coenobium hodie-

dum retinet. *Scepusiensem* Comitatum Hungari sub Arpado Duce, et primis Regibus *Ó-variensem*, *Sáros-siensem* *Ujvariensem* vocabant, vti spect. Bárdossy in suplem. Anal. Scepus. §. V. Diplomatiçe probat, donec prioris nomen a castro *Scypus* per *Scyros* populos fundato, alterius a castro *Sárus* per Romanos erecto ad distinctionem vicini Abaujvariensis immutatum fuisset, Metropolis Comitatus *Óvár* ciuitas Kesmark, antiquitus *Alte-mark* seu *Vetero-Forum* (*Ó-vár*) appellata fuisse videtur, sicut etiam hodieum certa ejus pars ita vocatur. Alii castrum *Ó-vár* in Fricskensi passu, olim *antiqua porta* Scyris *Alt-Schanz* vocato collocant. *Sáros* Comitatum *Ujváriensem* Bela IV. in Wagn. Dipl. p. 286. anno 1262. compellat.

§. 47. *Weszprémium* per Caroli Magni Imp. milites a fonte calcinoso *Weiszprun* dictum fuisse, tunc Regiam Svatoplugi Regis Slavorum, aliqui volunt. Multa a generibus §. 26. recensitis deriuata. *Zaboleh* Comitatus a Duce *Zabóleh*. *Alba-Iulia* *Gyula-Fejérvár* a *Gyula*. *Werböcz* a *Werbulcz*. *Aba-Ujvár* ab *Aba*. *Aesád*, *Baksa*, *Büd*, *Bihacs*, *Borsod*, *Csánád*, *Dévék*, *Doboka*, *Erdöd*, *Heteny*, *Horka*, *Káta* dein *Lörincz-Káta*, *Márton Káta*, *Koplony*, *Győr* Iaurinum a *Gewr*, *Lacza*, *Miskólez*, *Pápa*, *Rátold*, *Tass*, *Tibóld-Darócz*, *Torda*, *Tarczall*, *Várkony*, *Szemere*, *Zombor* a tribu agnomine.

§. 48. *Gadir* est vox Punica, significat locum muro cinctum, Slavi vocant *Grad*, ita: *Novigrád*, *Belgrád*. Pomerani *Gard*, ita: *Bellgard*, *Stragard*. Poloni *Grod* ita: *Novo-grod*, et in diminutiuo *Grodek*, Russi *Gorod*; ita: *Wazilo-gorod*. Bohem. *Hrad*; ita: *Wissehrad*, *Wellehrad* etc. Vnde arces, et Comitatus in Hungaria, qui sic desinunt, sunt Slauięae originis: vti *Csongrád*, *Neográd*, *Belgrád*, *Wissegrád*,
quae

quae arx peramoeno situ, olim in deliciis Hungariae Regum erat, nunc triste rudus. Vnde:

Aspice natales Wisegradi, et funera; dices;

Destruxisse homines, sed posuisse Deos!

§. 49. Apud Bellicosam nationem gladius cruentus vicatim circumferebatur, dum bellum indicebant. Par. I. Titt. 3. Praeco, qui talem gladium circumtulit, etiam pallio cruento vestitus erat! Pray Not. praeuia pag. XXII. Praecone veniente in Tribus congregati: *Hallyunk! Hallyunk!* clamarunt, quae vox est terribilis apud Hungaros, silentium sibi indicentes. — Praeco ergo: *Vox DEI Hungarorum! vox populi! ut singulus ad destinatum locum armatus compareat, secus per media viscera scindendus, vel in perpetuam seruitutem redigendus!* Tunc Hungari vno ore: *Rajta! Magyar! rajta! jön az ellenség, a' kutya fajta!* Nec fuit apud veteres Hungaros alia increpandi formula: quam *Kutya fattya! Kutya fajta! eb szülötte! Kutya szülötte!* vel iam in Supremo gradu: *Ördög szülötte!* Adhuc anno 1514. Isthvánffius Lib. V. crudele supplicium de Georgio Dósa Cruceatorum Duce sumptum referens, habet: „Georgius non flere, „non eiulare, non horrescere visus, tantum *catulos* „*caninos* abs se educatos probrose appellans conti- „cuit.“ Terribiles maledicendi formulae a Manichaeis Turcis permixtis adoptatae iuxta art. 42. 1563. serius apud Hungaros inualuerunt.

§. 50. *Rajta! Rajta!* est formula antiquissima adhortantis apud Hungaros, tantae efficaciae: quod hac animati clausis oculis cuneatas hostium acies (*Bataillon Carre*) euaginatiis frameis perrumpere soleant. Formula haec Principi Hohenlohe (quem Hungari anno 1788. *Holló Uram* vocabant) nimio opere placuit. Nos ipsi non sine risu spectauimus sutorem quempiam

Michl

Miehl vocatum, inter legionarios nostros pedites conductum, dum lata Hungarorum framea accinctus per commilitonem Hungarum : *Rajta ! Miska rajta ! Ódalodon Szablya !* ad saltum prouocaretur, vicissim hoc cantu commilitonibus suis respondisse :

Rajda ! Miska Rajda !

Sabel in der Zajda !

§. 51. *Kutyát fogni* canem capere in Hungarico significat *impingere*. Anno 954. originem sumsit inde : quod maioribus nostris Henricus Anceps Imp. loco vectigalis annui a Ludouico IV. extorti canem scabiosum reddi iusserit, quo probro vehementer exacerbati mox in Germaniam valido cum exercitu irruerunt, sed ingenti suorum clade ab Henrico depulsi Germanorum vires pluris, quam antehac facere docti sunt. 50. millia Hungarorum hoc praelio caesa fuisse memorant, et tunc in prouerbium iuit apud maiores nostros : *Kutyát foglunk !* canem cepimus. *Kutyatorczát*, iam nunc per abbreviationem : *Kudarczot valottunk*.

§. 52. Multum intererat Europaeorum Principum hanc nationem ex spoliis vicinorum viuentem ad Christiana sacra, et mansuetiorem vitae rationem perducere. Anno 973. fundamenta huius iecit *Geyza* Arpadi nepos. *Geyza* apud Hunnos significabat Supremum Ducem exercitus, est vox a Medo-Persis adoptata. Astyages enim ab *Asta-geiz* deriuatum nomen Regis denotat *Exercitus Ducem*. Vnde *Geyza* S. Stephani Protho-Regis nostri parens, et subsequi hoc nomine Reges etiam veteri hoc Hunnorum nomine insigniti sunt, Graecis *Geobicza* dicti, sicut Sacrae Regni Coronae Graeca, inscriptio perhibet.

§. 53. Anno 1000. filius *Geyzae* S. Stephanus Protho-Rex Hungariae fundatis Episcopatibus Christianam

Catholicam fidem populum edocuit. REX APOSTOLICVS cum successoribus dictus. Hunc distincto cultu prosequuntur Hungari. Sacrae eius dexteræ asservandae peculiaris Conuentus S. Stephani de *Szent-jogh* habebatur. Piissimus Imp. Leopoldus I. anno 1686. recuperata Buda, hanc grandem victoriam secundum DEVM, et gloriosam matrem a Diuo Stephano primo Hungarorum Rege sibi concessam non vno argumento senserat, cuius nempe instinctu, ductuque expeditionem suscepit, ac feliciter absoluit. Egit apud Innocentium Pontificem: vt magnum illum Budae vindicem, quem ad ea tempora sola Hungaria, eique adnexa Regna pro aris, et templis colebant. deinceps gentibus vniuersis omni veneratione prosequendum pro sua auctoritate iuberet. Ratam habuit iustissimam petitionem. Sanctum Regem in communes toti Ecclesiae codices (*Missale, et Breviaria*) transtulit. Synchronus scriptor Hungarus, qui haec adnotauit, illud Pientissimo Imp. subiecit.

..... hinc saecula discant: Indomitum nihil esse pio! Claud. de IV. Cons. Honor.

Hungaris peculiaris est de Sancto Rege suo Stephano nationalis cantilena: *Hol vagy István Király! téged Magyar kiván, gyászos öltözetben. Te előtted sirván. Róllad emlékezvén csordúlnek könyvei, búval harmatoznak szomorú mezei* etc. etc.

§. 54. Sicut autem Protho-Rex S. Stephanus moriens Regnum B. MARIAE Virgini obtulit, ita hanc peculiari cultu semper venerabantur Hungari. Effigies huius in vexillis, scutis visebatur, et monetis cudebatur, vnde Mariani *Mariás* species monetae, et ipsum Regnum *Marianum* vocatur. Pleraque templa in Hungaria huic dicata. Huius effigiem in scuto depictam gloriosissimus Rex Matthias Corvinus gestabat cum in-

inscriptione: *Sancta DEI genitrix Virgo Maria! intercede pro Rege Matthia!* Huius corolla Mariana ex nudatis ensibus suspensa maiores nostri ante truculentas hostium acies non expalluerunt. Hanc iam *Patronam*, iam *Magnam Dominam* vocabant, vnde festum Assumptionis B. Virginis, iis *Nagy Bóldog-Aszszony*, festum Natiuitatis, veluti adhuc parvulae *Kis-Aszszony napja* dicitur. Scholastica iuuentus quolibet die Sabathi in Scholas frequentante canebat: *Vide Mater regnum tuum desolatum! a Stephano Rege tibi commendatum!* ac hodie etiam nationalis est cantio Vacii anno 1793. recusa: *Bóldog Aszszony Anyánk! Régi nagy Pátronánk, nagy inségben lévén, így szóllitt meg Hazánk: Magyar Országrol! romlott Hazánkról, ne felejtkezzél el, szegény Magyarokról!* A labore etiam, vel ritu festis sacrae Virginis perfici solito compellant Beatam Virginem: *Sarlós, Gyümölcs óltó, gyertya szentelő Bóldog Aszszony.* S. Martinum etiam Episcopum singulari cultu prosequuntur Hungari. In basilica Posoniensi ara maiori illius equo insidentis statua visitur. Cum et Parochus quidam equitantis imaginem in ara templi pagensis depingi curasset, in visitatione Canonica Episcopus illum redarguit: quare potius in Episcopali habitu illum non exhibuerit, sed ingentem caballum arae apposuerit? Excellētissime Domine! reposuit Parochus, haec est exigui prouentus Paraecia, qua militi suffecit equus, qua Episcopus iam sex equos depoposcisset, volui etiam hac ratione sumptibus consulere. Patriam S. Martini Turonensis Episcopi Hungari credunt fuisse Sabariam nunc Ciuitatem Episcopalem. Icon Sancti huius e Pannonia oriundi, adhuc militis equitantis, et Cathecumeni, sed in egenos misericordis, in pagi Sokúth Comitatus Zempliniensi adiacentis templo ab inscriptione

carminis, anno 1660. imagini subnexa memorabilis visitur:

Cātēchūmēnūs ērāt, Hūngārus Mārtīnūs atquē
Abscidit tūnicām Christō dōnāuit ēām.

Particula *atque* (quam olim Patres *Iesuitae Schusterflek* vocabant) hic peculiarem considerationem meretur, quae aevo illo, ut carmen exeat, maximae elegantiae loco adhibebatur, sicut apud oratores illius aevi: *Haud possum inficias ire, Auditores!* Hodierno autem aevo, si orator, vel concionator *non potest inficias ire*, solent ipsi nostri Medici *Clisterium* applicare, aut *laxativum* praescribere.

§. 55. Luce hac Hungariae affusa, Ecclesiasticus cum primis ordo inde a S. Stephano teste eiusdem Decreto in consiliis primo loco haberi coepit. Hunc peculiari cultu venerati Hungari, axiomatis loco habent: *Ordine Ecclesiastico confuso caeteros ordines confundi necesse est.* Art. 31. 1567. Olim in Hungaria coniugati. S. Ladis. D. L. 1. Cap. 1. ancillam in locum vxoris subrogare iis non licebat. S. Ladis. L. 1. Cap. 2. Osculum Episcopis dabant Reges. Lib. 1. Cap. 35. Proverbio de iis: *Jó Pap hóltig tanúl. Papra lelkedet ne bízd*, siue propriis etiam meritis, non vnice Sacerdotum precibus confide. *Nem a' Köntös, nem a' hosszú Schuba teszi a' Papot.* Vestis non facit Monachum. *Nem vesz egyik Pap a' másiktól gyónó pénzt.* Clericus Clericum non taxat. *Igen találád, mint Balás Pap a' Vecsernyét.* Fuit is anno 1335. Blasius Praepositus Lelesziensis Reginae Elisabeth Capellanus, qui Budae a prandiis vino incalescens Vesperarum loco sacrum decantare coepit. *Nem minden nap Pap sajtya. Ki szereti Papját, ki pedig Páldstyát. Pap csak telhetetlen.* De mendicantium ordinibus dictum fuit. *A' figyelmes halgató teszi a' Papot szorgalma.*
tossá

*tossá. A' Pap-is tsak egy Deák vólt. Többet hajt-
nak a' Papnak életére, mint sem a' tudományára.*
De famulis vero Ecclesiasticorum: *Dolog Kerülő, mint
a' Papok szolgálja.* Huszszarus quidam, qui cum Pa-
rochi famulo saepius in popina iurgia exercebat, in
Parasceue Domini passionem SS. Saluatoris praelegi
audiens, illud vel maxime ex Ioan. C. 18. v. 22. con-
coquere non potuit: quod Sacerdotis famulus *alapam
IESV dederit.* Illyen adta Pap szolgálja! még eö - is
pofon vágta a' Kristust? eademque die famulum Paro-
chi crudeliter verberauit.

§. 56. Epocha haec multa noua vocabula, et con-
suetudines Hungariae adtulit. Talis est *Missa Mise.*
In iure nostro art. 23. 1537. et in antiquis documentis
loco dati literarum per primas Missarum voces Domi-
nicae citantur. Vtpote: *Datum feria 3. post Domi-
nicam Inuocauit. Reminiscere. Oculi. Laetare,* etc.
In causa est: veneratio maiorum nostrorum erga Sa-
cro-Sanctum Missae Sacrificium, et quod literas eiusmo-
di Monachi scripserint. Vnde veteres nostrae chartae
vocantur: *Barát írás.* *)

§ 57. Talia sunt: *Bútsú* a' botsát, condonare,
dimittere indulgentia. *Ünnep* deriuatum a *Sziün-nap*
siue die vacuo laboribus. *Vasárnap* dies Dominicus,
aut solis ideo Hungaris dictus: quod dum ad Chri-
stianam fidem conuerterentur, ad eos alliciendos nun-
dinae hac die ante templum, et Diuina celebratae fu-
erint, donec apud posteros in Christiana fide iam ob-
firmatos abusus iste tolleretur. Colom. Decr. 2. art. 13.
et quia maioribus festis tentoria etiam expansa fuissent,
festa maiora Paschatis *Husvét* ab esu carnum, *Pün-
kösd* a Pentecostes, *Karácson* ab incarnatione Domi-
ni,

*) Cantatum sacrum *Bögös Mise.* Lectum *Susogós Mise* Hun-
gari vocabant.

ni, *Sátoros Ünnepek* dicebantur. Proverbium: *Vasdr-nap font fondl, sokáig meg nem ál.* Apposite festo incarnationis Domini in possessione *Acs*, Comitatu Iaurinensi, Concionator auditores suos allocutus est:

A' kezetek a' Kulacson,

A' szemetek a' Kalácsan,

Kár Ácsan,

A' Karácsan!

§. 58. Tale est *Kántor*, quod *Quatuor* temporum ieiunium significat, a *Quatuor* deriuatum, et quia Hungari lardo asueti ieiunare non amant, etiam Cantores in Ecclesiis *Kántor* vocatos odio prosequuntur. Nam dum vice quadam Cantor Ecclesiae in foueam cecidisset, pertransiens Hungarus noluit ipsum extrahere: *Illyen adta! bár a' Péntek-is utánnad esne!* Ple-raeque denique sacrae, hisque nexae res nomenclationem suam aevo huic debent, vti: *Alamisna*, Eleemosyna. *Angyal*, Angelus. *Czinterem*, Caemeterion. *Deák*, Diaconus. *Eretnek*, Haereticus. *Esperest*, Presbyter. *Keresztény*, Christianus. *Monostor*, Monasterium. *Orgona*, Organum. *Olaj*, Oleum. *Oskola*, Schola. *Püspök*, Episcopus. *Remete*, Eremita. *Sinat*, Synodus. *Temjén*, Thymiana a *Graecis*. *Apát-Úr*, Abbas. *A-pácza*, Abbatissa. *Bérmálás*, Confirmatio. *Csuklya*, Cuculla. *Dézma*, Decima. *Ereklye*, Reliquiae. *Fáklya*, Facula. *Izpitály*, Hospitale. *Káptalan*, Capitulum. *Ká-pólna*, Capella. *Káplány*, Capellanus. *Kamsa*, Camisia. *Kelyh*, Calix. *Lajstrom*, Registrum. *Mester*, Magister. *Oltár*, Altare. *Ostya*, Hostia. *Palást*, Pallium. *Pré-post*, Praepositus. *Prosonczio*, Processio. *Zsegregestyé*, Sachristia. etc. a *Latinis* adoptata vocabula.

§. 59. *Hebdomadam* vocat Hungarus *Hét*, quod ex septem diebus constet. Dies hebdomadae: *Vasdr-nap* a nundinis §. 58. *Hét-fő* quasi Caput hebdomadae. *Kedd*

Kedd secunda dies. *Szereda* a *Sztreda* medius in hebdomade. *Tsötörtök* a *Stvartek* quartus dies. *Péntek* a *Piatek* quintus dies. *Szombath* a Iudaico Szabathum. Menses vero Hungarus vocat vel a signis coelestibus, vel a festis maioribus: *Kos hava*, *Bika hava* etc. *Bóldog Aszszony hava*, *Böjt elő hava* etc.

§. 60. Cum Christiana sacra primum cultiores Ciuitates, et oppida amplexa fuerint, Scythicis ritibus deditos *Pogány* Paganos, quasi incultos, et vilium pagorum incolas dixerunt, voce ab Illyris *Pokán Pogán* adoptata; quasi abiectos per contemptum designare volentes. Hodiedum Hungari cum panicum pro vili cibo habeant, illum *Pohánka*, prout et Germani *Heiden*, Trans-Danubiani *Haydina* nominant.

§. 61. Huic Epochae *Palatini* officium originem suam debere videtur. Cum S. Stephanus dicat: se Monarchiam suam ad normam Augustorum prioris, et sui temporis instituisse. Iam autem Imperatores occidentis suos *Comites Palatii*, et Orientis *Curolopatas* suos habuerunt. Vide in vocabulis *Nádor-Ispány*, *Palatinale Iudicium* ter in anno celebrari solebat, verno nimirum, aestiuo, et autumnii tempore. Decret. anno 1298.

§. 62. Nobiles Hungariae ad profitendam militiam, ac Regni defensionem destinati S. Stephani L. 1. Cap. 4. *seruientes* dicti sunt. Ita Diplom. Belae IV. anno 1267. *Quod Nobiles Hungariae vniuersi, qui seruientes Regales dicuntur, ad nos accedentes petierunt a nobis humiliter* etc. Nomen ab eo Comitatu, in quo degebant, vniuerse solebant gerere. Ita Sigillum litteris anno 1233. appensum docet, cuius haec est perigraphie: *Sigillum seruientium de Szála*, siue Comitatus Szaladiensis. Vnde Iudex Nobilium hodie quoque *Szólga-bíró* siue Iudex seruientium vocatur. Reliquorum incunabula vide in *Vocabulis*.

§. 63. Et quia seruientes hi terras a Regibus suis in *seu dum* acceperunt, terrae *Föld* olim *Fewd* nomenclaturam a *Feudo* deriuarunt. Ita Simon Keza scriptor saeculi XIII. sub Ladislao IV. Rege in Appen. II. p. 120. „Iobbagiones Castri sunt pauperes Nobiles, qui „ad Regem venientes, *terram* eis tribuit de Castri „*terris*, vt *feuda* Castri, et Castrum guerrae tempore custodirent. “ A *Fewd* feudo Nobiles quoque possessionati *Földes Urah* (Slavis *Zeman* a terra *Zem*) vocantur.

§. 64. Anno 1038. S. Stephano inter coelites euocato, Petrus Allemannus dictus factione Giselaë matris subrogatus nationem vilipendere, in eamque crudeliter saeuire coepit. *Vngaria est Augaria; ergo debet augariari*, dicebat. Vnde *Augariam* successiue etiam vocarunt Vngari ab *augendo* perpetuam Colonicalem obligationem, post seditionem Cruceatam colonis impositam. Vlad. Decr. 7. art. 14.

§. 65. Anno 1040. Petro profugienti oppositus *Aba* Rex cum in primores gentis, quorum potentia se de solio deturbari metuebat, crudeliter saeuierit; dedolare aliquem *Abajgatni* apud Hungaros dictum est. Alii scribunt nimis popularem fuisse, vnde plebi *Aba* patrem vocatum, et Comitatus etiam *Aba-Ujvár* ab eo nomen inditum, sed dum e fuga retractum Petrus decollari iussisset, tunc plebem suspirasse: *Meg abajgattáh szegény Aba Királyunkat!*

§. 66. Anno 1060. Bela I. Rex Hungaris vocabatur *Zeg-zár*, quasi *Fuscus, Calvus*. Quia *Zeg* significat nigrum, fuscum, ita: *Szek-piros, Szek-fű, Szeg-ló, Zeg menyecske*. *Zár* autem significat Caluum. Ita *Szár-hegy*, ita §. 37. Ladislaus Caluus per Ioannem de Thuróc vocatur *Zár László*. Vnde et Abbatia, quam Bela I. Rex fundauit, et in qua sepultus est *Zeg-Zárd* vocatus est.

§. 67. *Anonymus* Belae Regis Notarius vixit sub Bela III. Rege anno 1183. Patet ex litera P. praefationi praefixa, quae *Paulum* indicat, et officio *Notarii* illo aetno Vice-Cancellarii. Ita Bela III. in diplomate: *habito super hoc Consilio nostri, et Episcoporum, et Pauli mei Notarii, nunc autem Episcopi ultra sylvani.*

§. 68. Anno 1222. *Stigma* faciei inurere solebant Hungari falsarii, vti ex literis Dominici Curialis Comititis Poson. 1222. patet. Vnde et illum, quem natura signavit, metuebant. *Hátul kopasz, azért ravasz. Kantsal, Káposztás kertben néz, azért nem egyenes szívé.* *) Anno 1228. Capillitium radere opprobrii loco habebatur. Serui fugitivi semirasis capitibus Dominis suis reddebantur.

§. 69. Anno 1224. in insula Leporum, *Nyúlak Szigete*, a leporum multitudiue, qui sub priscis Vngariae Regibus, Danubio cincti ibidem asservabantur, dicta, Andreas II. Rex fundavit Praeposituram Praemonstratensium, S. Michaeli Archangelo dicatam. Anno 1252. Bela IV. Rex Weszprimio transtulit illuc Moniales, quibus Margaretham filiam praefecit, templo in honorem Magnae Vngarorum Dominae B. Mariae Virginis erecto. Vnde insula *Mariae* dicebatur, a Germanis autem hodieum insula *Margarethae* vocatur. Stephanus V. et subsequi Reges illam magnificis aedificiis ornarunt. Erant ibidem Dominicanorum, Franciscanorum, et Cisterciarum Claustra. Carolus VI. Imp. insulam Budensibus Monialibus a S. Clara nomen gerentibus donavit. Iosephus II. Imp. sublati Monialibus anno 1782. fundo religionis publico addixit. Erat charum diuerticulum perehari Hungarorum Palatini,

Re.

*) Fallit opinio, cum Aesopi corpori saepe optimus animus insit

Regii Principis, et Archi-Ducis Alexandri Leopoldi
anno 1795. praemature, et deplorando fato extincti.

Multis ille bonis flebilis occidit,

Nulli flebilior, quam mihi. Horat.

Nescio quis Daemon, nobis male Numen amicum
Invidit laetos absque dolore dies.

Et quia non poterat FRANCISCO Regna tenente,
Aut vi nobis, aut forte nocere dolis.

Iam perimam, dixit, puerum, quem natio tota,
Quem tu, quem merito perdit Frater amat.

Dixerat; et postquam vitiorum frustra venenis
Conatur iuuenis Principis interitum.

Ludens quae ex charta crepitacula forte parabat,
Tutusque implebat puluere quae pyrio.

Scintillae in forma Sathanas saeuissimus intrat,
Vim, vulnus, lethum puluis ab igne rapit.

Dissilit accensus puluis, praecepsque fragore
Intonat, et quae obstant corpora, quassa fecit.

Saucius, inque suo per terram sanguine stratus
Implorat miseram proh! Palatinus opem.

Accurrit gemebunda cohors, fratresque, sororque,
Rex, Regina suo concomitata choro.

Et lacerum portant inter lamenta cadauer,
Imponunt molli membraque fracta thoro.

Palpitat euulso Palatini in pectore sanguis,
Corpore non sensus protinus omnis abit.

Sed quidquid superest, patitur tormenta, dolores,
Nec medicinis vis, ars nec inest medicis.

Tunc quoque certaret cum iam cum morte feroci,
Non potuit gentis non meminisse suae.

Hanc commendabat tremula cum voce fauori
FRANCISCI fratris, Caesaris, atque Patris.

Et

Et sic postremum Palatini munere functus,
Flendus crudeli morte peremptus obit! *)

Abstersit luctum Hungariae Sereniss. frater Alexandri Iosephus Archi-Dux, felici omine in Palatinum per Hungaros anno 1796. electus. Cui Budam subintranti in Porta triumphali nimis apposite positus Phoenix mediis in ignibus ardens cum hac inscriptione: *Consurgit ab ignibus idem.*

§. 70. Currum conficiendorum ratione Hungaros edocuisse dicitur nomine *Gönczöl*, vnde in perpetuam artificis memoriam Septemtrionalem constellationem *Gönczöl-Szekere* vocarunt. Sub Ladislao III. Rege ab amoribus in Cumanas *Chuni* nomen adepto in maximam pauperiem redacti cum curriculo vnus, aut duarum rotarum incederent, illum *Kün László. Szekere* nominarunt. Currum autem omni ferramento destitutum *Fakó Szekér* dicunt, et est in prouerbio: *Fakó Szekér, Kender ház, mind a' kettő rossz szerszám.*

§. 71. Anno 1300. *Mátyus földje* Regio intra Vagum, et Nitriam fluuios sita a *Matthaeo* Palatino Caroli I. Regis aemulo vocata est.

§. 72. Anno 1463. Regnavit Mathias Corvinus Rex bellicosus, gloriosissimus. De hoc sic queruntur Hungari: *meg holt Mátyás Király, oda az igazság.*

§. 73. Arabici numeri usus in veteribus nostris Chartis, vel monumentis non conspicitur. Vladislaus II. Rex annum aditi Regni in sigillo praeter omnium Hungariae Regum consuetudinem numeris Arabicis 1499. primus expressit.

§. 74. Anno 1514. Cruceatae expeditionis Dux Georgius Székely, alias Dósa seditionem contra Nobilitatem concitauerat. Vnde successiue omnes seditiosi in Regno

a

*) Ita Comes Iosephus Desselffy, nomine Comitatus Zemplén.

a *Cruceatis Kurucz* vocabantur. Post motus ultimos Rákóczianos fuit de iis cantilena:

„Hol vagy te most nyalka *Kurucz*?

„Ki olly vóltál, mint a' szép *Strucz*. etc.

Labancz vero primum pedites, quasi *Lábas-Katona*, dein per *Kuruczios Hungari* Caesari adhaerentes ab explosione scloporum, quos dum exploderent, *Lobbancs!* siue *splodas!* ipsis inclamabatur, dicti sunt. Anno 1705. sub motibus Rákóczianis Polonus in Hungariam veniens, cum forte in vigilias *Kurucz*onum impigisset, et num *Kurucz*, vel *Labancz* esset? interrogatus, molliori pronunciatione ipsi praeplacente: a' *Lyabancz Muspanye!* respondisset, verberibus per *Kuruczios* exceptus est. Fauores ergo Hungarorum in posterum aucupari volens, cum ad alteram stationem Hungarorum iam *Labanczonum* pertigisset, *se Kuruczium* esse, adhuc a longe clamauit; sed hic quoque tanquam Regi suo fidelibus insultare ausus, foedum in modum vapulauit. In tertia demum statione: num *Kurucziis*, vel *Labancziis* adhaereret? cum ab ipso quereretur; *anyi se nye pitajese, jeno [b]ijee!* iam neque interrogetis, sed verberetis! reposuit.

§. 75. *Hódolni* significat apud Hungaros *hommageum*, siue subiectionem alterius Imperio. Originem accepit a *Hóld luna* Ottomaní Imperii insigni, dum post fatalem anno 1525. cladem Mohácsianam Hungaros Turcae prope subiugarent. Vnde *meg hódolt a' Magyar*, significat Hungarum lunae Turcicae subiecum.

§. 76. Cum art. 56. 1536. Supremi Comites, contra quos vera, et sufficiens querela delata fuerit, officio priuandi decernantur, in prouerbium venit: *Össze vesztet Vármegyének bolond az Ispánnya.*

§. 77. Cum anno 1552. Agriensis arx contra vniuersam Orientis vim per Hungaros fortiter defenderetur, virtusque propugnatorum (inter quos Paulus de Szirma teste Historia Francisci Forgách) vniuersa Europa celebretur, si quis ex Hungaris heroicum quodpiam facinus commisit, gloriam Agriensium adaequasse dicitur : *Fel ütötte az Egri nevet.* Vide Isthvánffy Lib. XVIII. et art. 25. 1555.

§. 78. Art. 42. 1563. *Teremtette* increpandi formula apud Hungaros inualuisse dicitur, indubie a Manichaeis Turcis permixtis adoptata. Quae si reflexa mente ad res creatas referatur, est blasphemia, sine adiecto vero substantiuo enunciata, vel ad Creatorem relata, e. gr. *Menydörgő Teremtette* est figura Rhetorica, siue Parenthesis apud Huszszaros, quam dum lethalem ictum curua sua framea hosti infligunt, interiicere solent, et est tantae efficaciae: quod nos ipsi Pesthini nebulonem quempiam quinque satellitibus Ciuitatensibus pugione resistentem spectauerimus, sed dum Huszszarum in auxilium satellitum accurrentem, et a longe *Teremtette!* clamantem audisset, Heros iste in eiulatus *Aube! Tarumdadum! Tarumdadum!* effusus, pugionem immediate dimiserit, et apparitoribus se subiecerit. Imo Cacodaemones etiam ex inferno hac interiectionis figura expelli posse affirmat Abbas L' Advocat in Dictionario Historico, dum Epitaphium Huszszaro Michaeli Gyarmathy Debrecino oriundo Londini positum memorat:

- „ Bizonyossan tudom : hogy az Égben vagyon,
 „ Mert még Lucifer-is retteg tőle nagyon,
 „ Kit, ha hozzá fogna *Teremtettével*,
 „ Ki űzné pokolból minden seregével.

§. 79. *Vxorii* hoc aeuo apud Hungaros erant *Simon* Iudex oppidi Miskólez, qui omnia foeminarum
 offi-

officia vxoris loco obibat, et Paulus *Anda* turmae Equitum Ductor, qui dum art. 31. 1598. constitutum fuisset: vt mulieres castra secutae sacco inclusae submergantur, et hanc ob causam vxorem suam in bello circumferre non posset, veniam vxorem inuisendi a Supremo Capitaneo quauis hebdomada petebat. Vnde *feleségének felettébb engedő, feleségétől félő, felesége után járó*, vocatur Hungaris: *Kontyot fel tévő férfi, Simon Bíró*, vel *Anda Pál hadába való*. Item: *Jaj annak az háznak, hol téhén bikának, jármat vethet nyakába!*

§. 80. Crassiore tono Musico, nonnisi tunc adhiberi solito, quando vniuersae nationi contumelia inferitur, increpare vel maxime anno 1602. inualuit apud Hungaros, dum videlicet Georgius *Basta* natione Italus, vel, vt alii volunt Epirota Transylvaniam, et Superiorem Vngariam crudeliter, et auare administraret, sicut Lib. XXXIII. describit Isthvánfius: „Crimini ducebantur diuitiae. Nullius matronae pudicitia tuta „erat. Exercitus eius omnia sacra pariter, et profana „impune diripiebat.“ Nunquam certe feralis reuolutio Bocskaiana in Hungaria exorta fuisset, nisi ei arripandae *Basta* ansam dedisset. Hunc ergo Hungari pulsum (teste opusculo Germanico Martini Schmeisslii) his maledictis prosecuti sunt:

Quo fugis ah! *Basta!* sta! ne fuge, sta bene *Basta!*
Sed fugis? et vasta tua copia sternitur hasta;
Copia non casta, miserorum sanguine pasta,
Perdat te! Male *Basta* vasta catasta!

§. 81. Sub motibus Bocskaianis etiam sequens adagium: *Hominem promittere, sed canem esse, qui staret promissis.* *Ember téssen fogadást, eb a' hi meg állja*, sumpsit originem. Dum enim Hajdones, siue pedites Hungari teste Isthvánfio Lib. 33. iuramentum fidei Caesari debitae renouassent, Stephanus Bocskai

kay excogitato hoc adagio animo honesto indigno rudēs Haidones ad defectionem permouit.

§. 82. *Hátra van még a' sekete leves!* tunc in prouerbum iuit apud Hungaros, dum anno 1685. Emericus Tököly Varadini conuiuio Turcarum adhibitus sublatis mensis, quando potus e fabis Arabicis coctus adferebatur, post hoc Agae Ianicerorum dictum: *hátra van még a' sekete leves*, quasi signo dato amaros inter sales vinculis oneratus, Adrianopolim deportatus est. Vti Andreas Szirmay praesens connotauit.

§. 83. *Karaffia* est titulus, quem Hungarus cum irascitur, seruo suo dare solet. *Karaffia* est uomen, quo Hungari Generalem *Caraffa* celebrant, qui anno 1685. 1687. in Hungaria Superiore ense, furca, rotis, et aliis id generis modis Hungaros e viuorum Cathalogo expungebat, et sic nomen suum in Hungaria aeternitati transcripsit, vt quoties valde irascimur, illud nobis suapte ad linguam veniat: *Beste lélek Karaffia*, siue seruum bestialis animae Caraffae filium compellamus.

§. 84. Cum anno 1700. post obitum Caroli II. Hispaniarum Regis, intuitu successionis Hispanicae acre bellum inter Augustas Domos Austriacam, et Burbonicam exarsisset; *Pivoda* ex Comitatu Lyptouiensi oriundus, virtute militari ad Tribuni dignitatem eluctatus Corpus Volonum, qui ex praeda hostili viuerent, in Hungaria ex faece populi conscripsit, cui agmini cum stipendia non soluerentur, praedae autem hostilis modus non admodum suppeteret, omni suppellectili castrensi destitutum in prouerbum apud Hungaros abiuit: *Pivoda Regementye, se dobja, se Zászlója*, et cum pro tentoriis linteamina expansa haberet, etiam *Ponyva-hada* dicebatur.

§. 85. A. 1712. Carolus VI. Imp. sceptrā capessens, Princeps de Hungaris omnimode meritis monumentum

in animis Hungarorum aere perennius etiam exinde consecutus est: quod culturae *Tabaccae* per Hungariam maximus promotor fuerit. Namque vt plebs in ferendo contributionis onere aliquod capere subleuamen possit, publico Edicto eius culturae modum proposuit, eiusque diuenditionis onus in aerarium Regium assumpsit. Vnde in maiori copia coli coepit. Est haec peculiare gulae Hungarorum oblectamentum.

Non epulis tantum, non Bacchi pascimur usu,
Pascimur et fumis ingeniosa gula est.

Si ex 3750000. virorum, qui in Hungaria degunt, tantum vna tertia Tabaccam fumiget quolibet mense vnam libram pro singulo computando, consumuntur annue 15000000. librarum. Vnde Hungaris adagium: Hív társom, dohányos börbönczém!

Te tisztítod fejemet.

Szép pipám, égő kis Kemenczém!

Te enyhited melyemet.

§. 85. Anno 1741. coronatam *Mariam Theresiam* Reginam, *matrem* vocarunt Hungari, et obitum eius vno anno luxerunt. Huius Coenotaphio subiunximus: *Hunc mortis durae casum, tuaque optima facta, non quidem mater memoranda silebimus vnquam.* Alius autem subiunxit: „Mater eminentissima! et per „omnia Diis, quam hominibus similior, cuius potentiam nemo sensit, nisi aut leuatione egestatis, aut „accessione dignitatis.“ Singulus adorabat DEI patrum nostrorum circa nos ea regnante providentiam: Magyarok Istene! látlak Thronusodban!

Látom Országunkat nyugodni karodban!

Síralmassá tetteid Mohács bús térségét,

Gyászban bé borítván hazánk dítsőségét.

De Imé! támasztál Nagy *Theréz* anyánkat,

Régi fényre hozván általa hazánkat!

§. 87. Anno 1780. Regnorum, et virtutum matrum haeredem Iosephum II. Imp. etiam peculiari amore prosecuti sunt Hungari anno 1789. grauis eius infirmitatis didita fama, sic suspirabant:

Ti ércz szívü Párkák! kik éltünk fonalát

Nyújtván, ki méritek delét, 's est hajnalát,
Mikor JÓSEF' betses napjait nyújtyátok,

Az irigység voksát meg ne halgassátok.

Ditső tetteit-is réful ne vegyétek,

Mert kilencz estandöt úgy száznak vélnétek.

Mikor bódoggá tett népének szüksége

Nem lesz rá; tsak akkor legyen élte vége!

Anno 1790. omnia Hungaris praeiudiciosa Decreta reuocantis obitum sic prosecuti sunt:

MAXIME deuicto Turca nisi TE quoque IOSEPH
Vicisses, victo paruus ab hoste fores.

MAGNVS obis, securus eas, camposque per illos
Non interruptae sint tibi deliciae.

Sint Tibi, sint comites Antoninique, Titique,
Delectetque oculos obuia turba Tuos.

Amplexu excipiant nostri Stephanique, Belaeque,
Viuiere perpetuum, qui meruere Duces.

Magna Theresa parens, obseruantissimus aequi
Matthías, Carolus, noster, et orbis amor. *)

Franciscus genitor, famam cui natio debes,
Imponat capiti sertae decora TVO!

Et prope TE si quis transiuerit Hungarus, (illic
Fors quoque de nostris vnus, et alter erunt)

Dic nos felices rursus, vinclisque solutos
Viuiere, victuros TV LEOPOLDE scies!

§. 88. Anonymus exterus Hungarum ita definiuit:
„Hungarus, est Creatura DEI perfecta, quae omnia
„ ha-

*) Carolus VI. Imp.

„habet in patria sua, quae desiderat, et nulla alia
 „gente sub coelo opus habet. — Est animal rationale,
 „quod in paruo suo tugurio sorte sua contentum vi-
 „uit, et nulli in orbe inuidet. In lingua latina, Wer-
 „böcz, et Decretis Regum iacet eius sapientia, et
 „scientia, haec est lex Moysis, et Prophetarum eius. —
 „Est Ens, quod sapide dormit etiam tunc, quando
 „concutitur, sed si concussio certos limites excedat,
 „euigilat, et pro prima salutatione hosti dentem effrin-
 „git. — Hungarus est vasti huius orbis incola, qui in-
 „genuitatem, et candorem cum lacte materno sugit,
 „cuius os in corde, et cor in ore est, qui album dicit
 „album, et nigrum nigrum, qui virtutem etiam in
 „hoste laudat, vitium etiam in amico vituperat. “
 Vnde vetus mos poculum vini propinandi apud Hun-
 garos: *Kurva az annya rossz embernek, egy szó,*
mint száz! a' ki minket hátunk meget, nem szem-
ben gyaláz! Magyarossan ki mondani, significat sin-
 cere, sine ambiguitate eloqui.

§. 89. Senis Baronis Ladislai Sennyey antiqui, sin-
 ceri Hungari hoc fuit de natione sua iudicium, quod
 verbis illius, quibus audiuius, posteritatis memoriae
 consignamus: „Csak nines furesább Nemzet a' Magyar
 „Nemzetnél! Eötet, mint valami választott népet ki
 „hozta az Úr Isten Schythiábúl erre a' téjjel, mézzel
 „folyó földre, és azt mondotta: No! egyél, igyál!
 „eb ugatta Magyarja! itt van a' jó Tokay bor, fejér
 „Miskólczi Kenyér, kövér Debreczenyi Szallonna! De
 „ez néki nem tettzik; ki megy az Országbúl, és kül-
 „ső nemzeteknél fecsérli pénzét. Az után vezette eötet
 „az Isten Szent István Királynak hitére, mondván: No!
 „üdvözülly! eb száukázza meg a' lelkedet! De ez sem
 „tettzett néki; eő külső országi Svajczer, és Francia
 „bitet hozott bé magának, és azt nevezte: *Magyar*
 „*hit.*

„*hitnek.* Már úgy lévén a dolog; mit tudott vele
 „ tenni az Úr Isten? adott néki tehát becsületes Kal-
 „ pagos Praedikátorokat, mint, Imé! Szilágyi Samuel
 „ Uram! De ez sem tettzik néki; azt gondolja: hogy
 „ az Isten szava sem hangzik Magyar öltözetű Praedi-
 „ kátornak szájából, ha csak külső Academiakról jött
 „ Parochás, 's borjú béllal kerített nyakú Papját nem
 „ hallya Praedikáló székéből. — Magának is a' Magyar-
 „ nak adott az Úr Isten minden Nemzetek felett való
 „ leg diszessebb Vitézi öltözetet; Csak a' Magyar Gár-
 „ dát kell nézni (talán csak magának az Úr Istennek,
 „ és a' Magyar Királynak van olyan Gárdája) de néki
 „ az sem tettzik, disztelen hasogatott Szarduthba (vagy
 „ mi a' menkönek mondgyam? öltözvén, akkor leg
 „ szebnek véli magát, midőn háta girinczén úgy megy
 „ a' paszomántya, mint a' Kecsegének, sőt azt gon-
 „ dollya: hogy lovagolni se tudna, ha csak Anglus
 „ Praeceptort nem fogad magának. Bóldog Isten!“

§. 90. *Vestitus Hungarorum.* Ex Asia egressi
 corio muniuere corpora, dorso hirsutas pelles lupor-
 um, vrsorum, tygridum, pardorum (*Párdutz bőr,*
Kaczagány) gerebant, collum, et pectus nudum,
 barba iis promissa, capilli intonsi, caput vel galea, vel
 pellibus martis animalis tectum, pennis ardearum,
 struthionum, aquilarum ornatum (*Kalpagh*) *Csákó* est
 pileus Cumanicalis, quod cornu scissum habuerit *Csa-*
kó dictus, vnde et bouem inflexo cornu *Csákó* vocant.
 Europam ingressi coria pannis permutarunt. Ditiori-
 bus Bissus *Bársony*, *Skárláth*, *Anglicus*, *Paduai*,
 pauperioribus *Failangis*, *Karasia*, *Haba* species pan-
 norum pro vestitu deseruiebant. Ruricolae pellibus
 ouium *Bunda*. Slaui *Csuha*, *Darócz*, Russi *Guba*
 vestiebantur. *Kuesma* est pileus Valachicus. Pallia
 rotunda, et plerumque rubra adoptarunt. Magnatum
 pe-

peculiare ornamentum fuit *Schuba*, siue Chlamys sine manicis. Vnde in testamentis eorum legitur : *sötét zöld, Skallát, nyúsztal, Hiuszszal, vagy Hermelin-nel béllet galléros subát*. Hyeme Chlamydes *Mente*, pellibus circumdatas, et subductas, aestate tunicas *Dolmány* cingulo praecinctas, vel indusia colorata latis manicis, Nobiliores vero ex sericea materia portabant. Caligae iis longae vsque talos, primum laxiores, dein strictae. Cothurni rubri, vel flauī ex pellibus *Karmazin*, aut *Kordovány*. Pedestri militiae calcei *bokancs*, vel perones texti (*telekes bocskor*) flauo interno pedum tegumento (*sárga bőr kaptár*) vestitus versicolor, rubrae vel maxime caligae. Virides iis exosae, et vel ideo periculosae : quia Turcae viridem colorem Mahometi maxima veneratione persecuti Hungaro capto virides caligas ex podice vna cum pelle, et carne detrahebant, quasi colorem Mahometi podici applicando in ludibrium vertisset. Flauus vestitus Morionum erat, quos Reges, et Magnates in aulis alebant. Flauo cothurno exposito turmatim militiae nomen dabant. Vnde conductores militarium Tyronum occinebant : *Gyere pajtás Katonának! Nem megyek én mert le-vágnak; Nefély pajtás! le nem vágnak, sárga Csizmát adogálnak*. Nodi ex argento cusi portabantur, qui per testamentum posteris dabantur. Multitudo nodorum (*Ezer gomb*) Zonarum *borítás, süjtás* innumerae vlnae singulare militum ornamentum. Baro Thadaeus Amade Equitum Magister in coronatione Diuae Mariae Theresiae totum vestitum vnice ex aureis Zonis consutum habebat. Huszszaros autem suos sic descripsit :

Cziffra ezer gombos Huszszárjaim voltak,
A' kik a' Verbunkon előttem tánczoltak.

Kinek kinek kard vólt, 's tarsoly az oldalán,
 Bogláros pantallér lódingal az vállán.
 Nyóltz száz réff sujtással tziífrázott ruhájok,
 Tollas, vagy bokrétás kalpagjok, 's tsákójok.
 Sárga kordoványból készített tsizmájok,
 Egy tallér nagyságú pengő sarkantyújok.

Item Gvadányi:

Viselt Publikán zöld posztóból jő dolmánt,
 Kit arany sújtással a' Szabó tziífrán hánt,
 Király szín nadrágján kéméletlenül bánt,
 Illik ha katona mutat kevéssé paizánt.
 Öt sorral pikhelyek, ' gomb melyét takarta,
 Skófiom gombházát lántzelés zavarta,
 Sárga Csizma lábán, eztet *Sartli* varta,
 Ugy szép a' katona, mint *Stiglinecz* ha tarka.
 Tarka öv övedzte, tsörgött kard oldalán,
Iosephus Secundus varva vólt tarsolyán,
 Arany *Por-depeje* függött markolattyán,
 Egész Márst mutatott vala e' Kapitány.
 Equorum apparatus pretiosus, stellatus, sok szí-
 nű szíronnyal tarkázva, multis dependentiis ad quem-
 libet motum resonans (sallangós, vagy bogláros szer-
 szám) tegumentum equi cuspidatum (fetske farkú
 czafrang) ephippia sculpta (Füredi Igmándi nyereg)
 conchiliis exposita (Gyöngy ház) pendentes lati ex
 humeris falcati enses cum pera militari (tarsoly) ipsa
 lora lódingh vel pantallér ex corio Bagaria stellulis
 ex metallo affabre factis (boglár) ornabantur. Equi-
 tes thorace, pedites lorica (pántzélós ing) muniti
 arcum, pharetram, scutum, lanceam, bicellum (csá-
 kány) Ductores militiae cambucam (Buzogány) ge-
 stabant. Pretiosum Hungarorum apparatus, genero-
 sissimos equos, arma auro, et argento fulgentia, Hip-
 potamorum caudas, a Nili fluminibus deducias, pecti-
 ni.

nibus molitas, equorum pectoribus appensas in coronatione Vladislai II. anno 1490. describit Isthvánffy L. I. Item Stephanus Vinandus in coronatione Rudolphi anno 1572. „Atilae orbis domitoris (ait ille) victrices „copias repraesentare videbantur armis, atque vestitu, equorum Nobilium colores, gemmis, auroque „nitentes phalerae, Martiorum hominum apparatus „Scythicus, feri vultus, capita in verticem vsque rasa, „inhaerentes cassidibus aquilarum alae etc. Faeminae innuptae Nobiliores inflexos in verticem capitis crines (*Konty*) plebejæ longius demissos, sed implexos, superimposita corolla (*párta*) et serito, nuptæ vittam bis sinam auro textam, aut vnionibus diuitem, demisso ex ea ad talos vsque velo (*fátyol*) gerebant. *Illyen a' Magyar Menyecske! szép mint piros begyü fecske!* latae, Phrygioque opere pictæ iis manicæ, supra cubitum vel ligatæ (*Kar-kötő*) vel circulo latiori aureo (*arany perecz*) adstrictæ, thoraces in dorso inflexi (*Posonyi váll*) antipendia floribus variegata, cingulo aureo (*Majecz*) præcincta. Togæ Nobilioribus ex bisso, materia sericea fortiori *Kamuka, Attlacz, Thábit*, plebejis ex panno, lanea materia *Rása*, aut lineæ inferne fimbriatæ. Cothurni vel maxime rubri. *Piros esizma, sejer láb* etc. Collum, pectus, et vertex capitis vnionibus, gemmis, coralliis (*Kalaris*) ornabatur Ingratus vero Hungaris vestitus: *Kösz Kalpagh, ruh Dolmány, pokolvar gombokkal, Franczu nadrág, Csetneki Csizma, tüzes köpenyeg*. Vnde improbum sic adhortantur:

Jól meg nézd éltedben a' kékellő eget,

És azon fel, 's alá sétáló felleget,

Mert belől nem látod soha szent sefeget,

Pokolban adnak rád, tüzes köpönyeget.

Hungarum veste nationali indutum eleganti versu depinxit patrius Poëta:

Ha

Ha szép nemzetet keresel; elég választott szép e?
 Remekje a' Magyar Gárda, melly minden Gárdák szépe.
 Ha Felséges Királyunkal a' Gárda fel sereglett,
 Abbúl mindgyárt bámulásnak ki tétetett sereg lett.
 Mert bár ott vólt a' gyöngy Kotsi, 's rajta Uri Kotsisok,
 És a' Kotsit késérőkben vólt aranyos Kotsi sok;
 De mind ez a' nézni méltó pompa el maradhatott,
 Mert ha Magyar van; más nézni való el-maradhat ott.
 Szép-is a' Magyar mint lovon, szint úgy gyalog mentében,
 Abban a' testéhez vágott kis Kurutzos Mentében.
 Sött egész öltözetében, melly Nemzeti, tudni illik:
 Kalpag, Öv, Kótsak-tol, Tarsoly, melly néki nagyon illik.
 Be szép, ha szépen fel köti dolmánnyára az övét,
 Sött az egész öltözetét bámulhatni az övét.
 Hát mikor a' lovaikról mind egyszerre le szállnak,
 Mindeniket külön külön gondolnád virág-szálnak.
 Be szépek osztán, ha együtt sorba mennek szép számmal.
 Jobban tudgya ezt minden, mint én ki mondhatom számmal.
 Leg kisebb mottzanások-is óh millyen talpra esik,
 Nem tsudahát ha érettek sok gyenge szív meg esik.
 Tökélletes egyenlőség egész testek formája,
 Úgy hogy a' természet merő Remekeknek formállva.
 §. 91. *Gatya* femoralia, perizomata, est vestis Hungarorum interior infra caligas. Cum enim gens castitatis laude semper celebrata, pudori sibi duxerit, vel effaeminatae mollitiei esse reputauerit: vt superiori veste exuta in longiori indusio (*pendely*) circumeat, hanc vestem interiorem pudicitiae causa iam in Asia adoptavit, despiciatui vero habuit nationes, quae interiore hac veste carebant. Vnde apposite versum per Hungaros:
 Cantabit vacuus coram latrone viator.
 Nem félti a' Németh, hogy el veszittse gatyáját.

§. 92. *Pendely* est vestis *pendula* interior foeminarum. Viris hanc gestare effoeminatae mollitiei ducitur. Ita nonnemo sub comitiis anni 1765. crassiore tono Musico exclamavit, dum aliquos e primoribus Regni hac veste indutos observaret:

Látom - - - - - nagy a' Parókátok,

Hasogatott plundra díztelen ruhátok,
És még *pendelyt* hordtok? hol van a' gatyátok?
Vessétek el kérlek B- - - m az anyátok!

§. 93. *Calcar* etiam gestare Hungari semper gloriae sibi ducebant. Vnde Equites Aurati *arany sarkantyus vitéz* iis compellantur. Vnice vexilliferis detrahebantur calcaria, ne fugere possint, vti in pugna Mohácsiana factum memorat Istvánffius. Eos, qui calcaribus carebant: *Szalma sarkantyúja van!* per contumeliam digitis ostendebant. Eléganter nonnemo de calcaribus Hungarorum:

Nonnunquam sic alias accendit gloria gentes,

Quam bellatores Pannonis ora tuos.

Hinc quoque pro pulchro gestant calcaria signo;

Et quid miraris? gloria calcar habet.

§. 94. *Vitéz kötés*, est ligamentum in pileo Hungarico, quo olim iam pueri ad militiae professionem initiabantur, apud Huszszaros hodie dum perdurans.

§. 95. *Mystax Bajusz* est peculiare etiam decus praesertim Equitis Hungari. Sine hoc tanquam vetula prospicit. Forma virum neglecta decet. Ita nobis quispiam veteranus Huszszarus, dum percontati fuisset:

„Hát vitéz földi Uram! jobb é most szolgálni, mint
„az előtt; Jaj! Méltóságos Uram! ez előtt midőn még
„szorúlt a' szegény legény, ment a' Kapitányhoz, ko-
„pogott az ajtón; gyere be azt mondotta a' Kapitány.
„Bé jött a' Katona. Mit akarsz fiam? tudakozta. Vitéz
„Kapitány Uram! mondtam: meg szorúltam, nints fa-

„jér ruhám, adgyon Kapitány. Uram vagy két forintot.
 „Meg sodorította a' Kapitány a' bajuszsát, 's ki
 „vévén az erszényét; van fiam, van! mondotta, adott
 „az Isten, neszze két forintot. De most . . . az illyen
 „attának se *bajuszsza*, se pénze!

§, 96. *Bicellus* est genus armorum in Diplom. Vngar. frequenter occurrens. Ita Art. 2. 1435. Compiler tamen legum nostrarum non apte notavit: *scribi deberet bacillos, seu sagittas*. Nam reipsa Hungarorum *Tsákány* designat. Ita Thuróc. Cap. XCVI. habet: *in ipsum irruit, et eum becillo inter collum, et scapulam fortiter feriendo transfixit*. Jam autem ad feriendo transfigendum nullum genus armorum ita, sicut *Tsákány* aptum est, cum pugione tantum transfigi, Cambuca siue *Buzogány* tantum feriri possit. *Tsákány* est vox Avaro-Hungarica. Avaribus enim *Tsá* exercitum, *Kán* Principem designabat. Vnde Princeps exercitus (quem Graeci, et Latini *Chaganum* vocabant) cum hoc instrumentum pro signo Imperii gesserit *Tsá kány* dictum est. Ita Stephanus Bocskayus per Turcas Princeps Hungariae designatus, in castro Szerench teste Istvánffy anno 1605. ita hodierni Moldaviae, et Valachiae Principes *Clauam*, siue *Tsákány* in signum dominationis loco sceptri Principalis a Porta Ottomanica accipiunt. Ita Tartariae Principes *Kán* siue *Cham* vocabantur. Ita hodie Turcae, et Hungari locum finitimum excubiarum inter Pancsova, et Zemlin *Csárda* (Germani *Tschardacken*) compellant. *Buzogány* vero Cambuca a *Buzzog*, vért *buzzogtat*, sica *Dákos*, *Péterkés* a sicario aliquo Petro Hungaris dicta est.

§. 97. *Cibi* Hungarorum aviti, et nationeles. Primum locum obtinet lardum *Szalonna*. Cum enim in vita Nomadica, qualem teste Imp. Leone sapiente Maiores nostri in principio ducebant, coquinam carnis penitus

nitus ignorauerint, incertis sedibus viuere solitis maxime opportunum cibum praeiuit lardum, siue recenti igne assatum, siue crude sumptum, quod aliqui pessime a Slaunico *Slanyina* deriuant, quasi vero esum illius Maiores nostri a Slauis adoptassent. In Asia interiore, vnde Maiores nostros venisse confirmat Celsi iudicium, maxima copia est Sabellicorum, vnde et cibum hunc Asiaticis maxime communem Moses Iudaeis in Asiam migraturis ex ratione politica scorbutici eorum sanguinis prohibuit. Sed et ipsa vox *Szalonna* deriuatur ab Vngarico *Szelem* scindo, quasi caro semper scindibilis, vnde Trans-Tybisum per Anthonasiam *Szelni való* vocatur. Alterum cibum Hungaris gratum suppeditarunt Reges mixtae stirpis, qui Italico connubio nexi Brassicae *Káposzta* culturam in Hungariam induxerunt. Haec cum lardo cocta gratissimam praebet Hungaris escam, vt eam bonae existimationi, et eruditioni comparare non dubitarint: *Nagyobb a' böltesség a' Káposztás húsnál*. Quia vero Monachi vsum illius Hungaros edocuerunt, deriuatione a *Caputio* eorum ducta caulem *Káp-hozta*, siue *Caputium adtulit* vocarunt, et hodiedum certa species Brassicae laciniatae Hungaris *Capucinus Kell* vocatur. Solet autem coqui, et frixari multiplici modo. Frixar repente *Hajdú Káposzta* vocatur, quia Haidones, siue pedites Hungari celeri itinere eam frixam edebant. Diutius cum lardo, vel alia carne cocta vocatur *Káposztás hús*. Oriza, et carne repleta dicitur *töltött Káposzta*, cum vino autem, et pipere *Kolozvári Káposzta*: quod Claudiopolitani eam ita coquant, cum anetho, et flore lactis; *Kapros Káposzta*, et vetus est de ea qualitercunque cocta Hungarorum cantilena: *Első része ételünknek ama Káposztás hús,*

Ha szalonna nintsen benne; szívünk már nagyon hús,

Oh!

Oh! áldott *Káposzta*, Paraditsom hozta,
Áldott a' ki kolbászszal földözta!

Caulium cibum immediate sequitur *Bospor*, quia hunc tanquam orientem *Phosphorum* suspexerunt Hungari, nec aliud est: quam caro suilla prius assata, dein cum aceto, allio, pipere, et micis panis frixa.

Phosphorus Hesperius quid habet cum Pannone *Bospor*?

Quae consanguinitas inter vtrumque? rogas.

Nempe pari officio, simili quoque munere gaudent,

Incipit ille dies, incipit iste cibos.

Másodika ételünknek ama jó *Bosporos*,

Ha szalonna nintsen benne, tsak légyen jó borsos.

Mert bors nélkül méreg, egye meg a' féreg,

Annyit használ mint ebnek a' kéreg.

Sunt praeterea cibi nationales *Kaszás-lév*, siue caro suilla fumigata cum aceto, pipere, et flore lactis cocta, a falcatoribus foeni in mensas Nobiliorum translata.

Harmadikát ételünknek mondgyák *Kaszás lévnek*.

Eztet tartyák a' Magyarok leg jobb ételeknek,
A' ki eztett fallya, ajakát meg nyallya,

Kálvinista mennyi országnak vallya.

Demum pultes ex millio cum lardo tosti, vocantur etiam *Hajdú-Kása*, quod hoc quoque cibo Haidones, siue pedites Hungari celeri itinere vsi fuerint, et exclamarint:

Oh! fordított Kása! mellynek nintsen mássa,

Scythiábúl vágyon származása.

Nobiliiores pultium ex millio cibum cum anserum articulis, vel cothurnicibus coquunt. Itinerantium Hungarorum eibus est *Gulyás-hús* a' *Bubulcis* adoptatus, siue caro bubula minutim conscissa cum cepa, pipere, et semine foeniculi in sartagine, quam *Bogrács* vocant, cocta. Arrident insuper palato Hungarorum: *Törött-lév*.

lèv, siue articuli anserini cum contrito apio, petroselinò, croco, dauco carotta, pipere, et lardo, ac micis panis tosti. *Mustos petsenye* siue caro assa cum musto, nasturtio, et micis panis. *Tormás*, siue caput, vel articuli porcini cum nasturtio, et aceto, medicinae plane loco infirmis Hungaris deseruiunt. *Kotsonya* Gelatina. *Domika-lèv*, siue caseo, caepae, butyro, et conscisso in frusta pani superfusa feruens aqua. *Egreses* pulli, aut haedi cum grossularia, cum pipere autem per Hungaricam coquam coeti (*Borsos-lèv*) omnium coquorum gustum superant; *Tsak azért szeretem a' Magyar Menyetskét, hogy meg tudgya főzni a' borsos levetskét.* *Sódar* perna. *Hurka* botulus. *Kolbász* farcimina praesertim cum iusculo brassicae cocta vocantur *Korhely leves*, et in prouerbio est: *Be jó a' hosszú Kolbász, és a' rövid predikáció! Tárkonyos, Ispék*, siue haedus cum lardo minutim conciso. Assatura denique cuiuscunque speciei, sed bene lardata. Quia natio in Nomadica vita coquinae ignara fuit. Eminent prae reliquis: porcellus, qui si pinguis sit *Kálvinista malatz*, si macer *Pápista malatz* vocatur. *Leső, vese, bélszén, katzagó fejér petsenye* cum alio. Allium, et cepa Asiaticus cibus. Vnde et Israelitae contempta Manna ob horum defectum contra Ductorem Moysem rebellarunt. In mensis veterum Magnatum decantatissimus cibus fuit *Márca-fánk* ab inventore coquo Martino sic dictus, siue tortulae cum aromatibus, amygdalis, et melle pistae. Nam sachari vsus ignorabatur. Posterior aetas his addidit: *Tortáta*, et *Pástétom* ex *Torta*, et *Pasta* deriuata, ac placentas in foliis brassicae pistas: *levelen-sültt.* Postremo loco habentur praesertim apud famelicos: *Herényő leves*, rántott giliszta, *Gólya Hep*, és döcögös. Hic, haec, hochúl készített derellye. Erat inter Hun-

guros anno 1525. Petrus Korogy, a ferreo stomachi robore memorabilis, qui poscente Rege iuvene mures vivos, praecisasque felium caudas, et abiecta in plateis canum cadauera, tetra sanie, vermibusque scatentia absque horrore, vel nausea vorare erat solitus. Isthv. Lib. VIII. Ab oppipara autem mensa, et lautis conuiuiis celebratur Comes Ladislaus Csáky anno 1649. Index Curiae Regiae, qui duas arces, et Dominia *Léva*, et *Tata* conuiuia agitando absumpsit. Vnde coquus illius dum pro more carnem minutim consecaret, identidem repetiisse dicitur: *Lévát, Tatát fel vagdaltuk*, et in prouerbio est: *Skárlát, grándt, nyúsz, Léva, Tata, schust!* Hungaricum coquum sic depinxit Franciscus Faludi:

Tiszta kötént vesz magára,

Hármas kés van oldalán.

Bétsi atzél pántlikára,

Szépen függ a' potrohán.

Háló süveg van a' fején,

Úri módon teszi fel.

Kis rojtotska a' tetején,

A' Szakátsnak több nem kel.

Ruricolae autem Hungari beatam vitam sic describit Dávid Szabó:

Háza terhén a' felesége mozdít,

'S a' tselédhez lát, 's az Urát dologrúl

Várja kis Konyhán rakatott tűzével

Nap le haladtkor.

'S jól lakott marhát rekeszekbe hajtván,

A' feszültt tölgyet tejétül lohastya,

Bort ereszt tsapról, 's vatsorát elő hoz

Házi vagonbúl.

Illyen étkek közt ki derültt örömmel,

Nézi a' Magyar haza jönni nyájját,

Béressét, és fel kabaláltt ekékkel.

Ökrit határról.

Beatus, qui procul negotiis, paterna rura bobus
exercet suis, solutus omni foenore!

Apparatum conuiuii, et cibos Hungarorum sic des-
cripsit Hungarus Poëta:

Aurora mint lépe Hesperus nyomába,

Fel költ gazda, 's méne barmai aklába.

Egy szép hizott ökrét abból ki vezette,

Mészárost hivatván, vele le üttette,

Két örüt, négy borjút, és nyóltz gyenge bárányt,

Által adott neki, és két hizott ártányt,

Hogy ő mind ezeket ölyye egy rakásra,

Nyúzza, persellye meg, és ne bízsa másra;

Töltse kolbászoknak részét foghagymával,

Részt majoránna szagos pelyvájával.

De a' toszogatott kolbászt ki ne badja,

Egész bors szemekkel az izét meg adja.

Legyenek mind gyöngyös, májos, tüdös hurkák,

Véres gömböztökbe szalonnábúl kotzkák.

Jól meg mosva legyen a' patzal főképpen,

Borjú, 's disznó fejek meg tisztítva szépen.

Osztán hat falussi gazda aszszonnyokat,

Sütni, főzni, kik jól tudnak, olyanokat

Hiván; kamaráját mindjárt fel nyitotta,

Hogy azt ne kéméllyék, nékiek mondotta.

Azoknak ketteje a' kaláts sütéshez

Hozzá fogott: négye pedig a' főzéshez.

Sütöttek az elsők szép fehér izipókat,

Fonott kalátsokat, lángost, vakarókat,

Száma nem vólt a' sok Káposztás rétesnek,

És kapros túróval meg töltött bélesnek,

Tekenök tölték meg mákos kalátsokkal,

Rántott tsöregékkel, és lelkes fánkokkal.

Tálakra levélen sülték halmaztattak,
 Asztalokra rendel mind alkalmaztattak.
 Udvar közepére egy nagy Szány vólt vonva,
 A' mellyet kerített magossan négy ponyva;
 Ezen vólt főzéshez nagy tűz, pad építve,
 A' sok fel vágott fa rakásra készítve.
 A' négy Szakátsné itt kéltt, jártt, forgott, fűrgött,
 A' sok vagdaló kés, 's főző kanál tsörgött.
 Ki lúdat, ki pulykát, ki kappant mellyéztett,
 Ki malatzott szúrván, abból vért eresztett.
 Két fülű fazékba káposzta rotyogott,
 Püfögött a' kása: fele le potyogott.
 Egyik a' kappanhoz metélt tészta laskát,
 Más is azt sikárlott, hogy majd tsinál táskát.
 Harmadik bosporba foghagymát aprított,
 Negyedik espéknek szalonnát hasított,
 Mert patzalt, bárány húst, ezzel készítették.
 A' törött lébe-is ugyan eztett tették.
 Gyenge báránykákat készíték tárkonnyal,
 Borjút úriásson, mint szokás, tzitronnal.
 A' disznó lábakhúl főztek kotsonyákat,
 Tálaltak két lapos tálra torhonyákat,
 Egyike egy sódart vagdaló késével
 Fel daraboltt, 's főzte aztat kaszás lévvel.
 Borjú fej téjfeles, és zsemlye kotzkával
 Készültt, 's a' disznó fő etzetes tormával.
 Lúdas kása-is vólt, tsirkék köszmétevel,
 Egy pár hizlalt rétze főtt fekete lévvel.
 Minden étel vala jól meg sáfrányozva,
 Némelly meg zsályázva, vagy rozmaringozva,
 Hintettek azokra bőven borsott, 's gyömbért,
 Mivel a' fűszersám tisztíttya meg a' vért.
 Az ökörnek fejér, 's vese petsenyéje
 Nyárson sültt, és róston annak vetretzéje.

Disznó oldalasnak a' zsirja le tsorgott,
 Malacz, mellyet nyársra vontak, frissen forgott.
 Spékeltetett örü hússa foghagymával,
 Lúdakat töltötték mind kormos almával.
 Pulyka kakasoknak lágy kenyér begyekbe
 Tétetett; vad nem vólt, azért-is helyekbe
 A' többi sült állott, borjú tzimerekbül,
 Tsináltak katona bélest veséjkbül etc.

Maxime abominabilis vero est cibus Hungaris:
Spinacia (Kerti laboda) quod ex Asia orti (vbi et
 Paradysum fuisse plurimi autumant) de hoc sibi per-
 suasum habeant: Proto-parente Adamo de voluptatis
 mansionem pulso, terram diris deuotam tribulos, ac spi-
 nas, praeprimis autem herbam *Spinaciam* progermina-
 re coepisse. Deinde antiqua Maiorum traditione acce-
 perint: Nabuchodonosorem Assyriorum Regem, dum
 in poenam fastus sui in bouem verteretur, hanc plan-
 tam vel maxime appetiisse, ac formae demum huma-
 nae restitutum vsum cibi huius in culinam Regiam in-
 duxisse, Assyriosque edocuisse. In Hungariam olus
 hoc (*Paréj*) per colonias Svecicas inductum est, vti
 sequens adagium Hungarorum docet:

A' *Sváb*-is azonnál Magyar névhez foga,
 Hogy *Spinát* helyt nálunk húsba vágott foga,
 A' miolta velünk szalonnát mer enni,

Ha kérdik, azt mondja: *Madar Sváp meg lenni.*

Caenaculum Budense Regis Hungarorum Matthiae,
 dum anno 1476. cum Beatrice filia Regis Neapolitani
 nuptias celebraret, sic descripsit Palatini Comitatus Le-
 gatus: „Caenaculum illud magnificum erat palatium,
 „dignum Regio splendore, vestitum attalicis, et ho-
 „loericis rubris aulacis, in quibus perlae magno nu-
 „mero passim interpositae erant. In eo primum men-
 „sa stabat orbicularis, ante quam de pariete tapes

„ totus aureus pendeat, mensae latitudinem adae-
 „ quans. Supra mensam expensa erant tria ex villosa
 „ holoserico longa tapetia, in quorum vno Reginae
 „ insignia, ad duorum scutorum similitudinem, auro,
 „ et perlis intexta erant duabus coronis supra incum-
 „ bentibus, sed in reliquis duobus eodem modo ex-
 „ pressa insignia Regis conspiciebantur. In hac men-
 „ sa Rex, et Regina accubuerunt. etc. In medio cae-
 „ naculo ante Regiam mensam abacus circumlapideam
 „ columnam erat quadratus distinctus octo gradibus,
 „ in quorum primo fereula, maluia, et Regis, at-
 „ que Reginae pocula, et aliorum Magnatum vina
 „ reponebantur ad vsum Regalis mensae; reliqui se-
 „ ptem gradus in omnes partes circumcirca lagenas,
 „ cantharos, trullas, et pocula continebant, atque
 „ haec omnia maxima, et ex auro, et argento artifi-
 „ ciose, splendideque caelata. In infimo etiam gradu
 „ duo stabant ex argento facti monocerotes; quorum
 „ vnus maximus, alter mediocris erat, et vterque in
 „ fronte vera gemina istius animalis cornua efferebat.
 „ Ante mensam in pavimento fons erat affabre, et
 „ singulari artificio ex argenti 300. libris formatus tan-
 „ ta altitudine, quantam vir procerus adaequare vix
 „ posset, et iuxta fontem quinque argentea canistra,
 „ Item totum argenteum dolium pendeat in sublimi
 „ suspensum cum multis fistulis, et epistomiis, unde
 „ pro Regia, et aliis mensis vina desummebantur.
 „ Praeter ista superfuerunt octo abaci, et cum fontem,
 „ panaria, et monocerotes adnumeras, fuerunt in omni-
 „ bus abacis vasa argentea 980. praeter pocula, quo-
 „ rum in mensis tum vsus erat. Ad reliquos octo
 „ abacos infra Regiam mensam octo etiam erant aliae
 „ collocatae, et instructae mensae, ad singulos aba-
 „ cos singulae mensae, in quibus primum gynaeceum

„ considebat, et in eo mater Regis, tum Neapolitani
 „ Regis, et legatorum ministri, et deinde Guberna-
 „ tor, Comes Magnus (*Palatinus*) et alii Vngariae
 „ Reguli, et Episcopi, quibus omnibus octo reliquae
 „ mensae complebantur.“ Remotis mensis saltatum
 Hungarorum describit illo choreae genere, quod *der*
Zenner dicitur. „ Transyluani, aliaeque vrbes a pran-
 „ dio deaurata 59. magna pocula, et sex caballos pul-
 „ cherrimos, et falcones ex Ruthenia tres, magnificum
 „ certe, et splendidum donum exhibuerunt.“ Galeot.
 Martius Cap. 6. Lucium piscem, quem Hungari *Csuka*
 vocant, et coctum cum aceto, et nasturcio, vel aceto
 lardato *szalonids Ispék* comedere solent, eius prae-
 sertim iecur inter Regia cibaria numerat. Si quis cor-
 pore macer, macilentam quoque uxorem ducat, tale
 connubium Hungari Lucii faetificationi comparant :
Ugyan meg találta egyik Csuka a másikat ! Porro
 idem Galeot. Martius mensas, et cibos Regios Hunga-
 rorum Cap. 17. sic descripsit : „ Moris est apud Hun-
 „ garos uti in discumbendo mensis quadratis, et o-
 „ mnia in iure apponere. Anserculi enim, anaticulae,
 „ capones, perdices, sturni, quorum ibi copia ma-
 „ gna est, praeterea hubula, agnina, haedina, et suil-
 „ la, aprunaque caro, piscesque diuersi, et alia huius-
 „ modi, vario semper, et proprio iure aut merguntur,
 „ aut condiuntur. Est etiam consuetudo, non vt mo-
 „ do apud nos, ut singuli ex singulis, sed omnes ex
 „ vna patina accipiant, nec ibi vllus in assummendo
 „ bolo, aut carnis morsu furcilla vititur. Quisque
 „ enim mensam ante se paniceam habens ex communi
 „ patina, quod placet, assummit, frustillatimque se-
 „ etum digitis ad os applicat, vnde fit: vt cum maxi-
 „ ma difficultate in illa Hungarorum copia, et mensa
 „ oppipara quis se a manuum, vestisque iniquatione

„ tueatur, guttatim enim aliquando crocinum ius de-
 „ fluens sordidum hominem reddit. Croco enim, et
 „ Cariophyllis, Cinnamomo, et pipere, Zinsibereque,
 „ et speciebus in maxima copia vtuntur. Nam cum
 „ Hungari sint robustioris, calidiorisque naturae, quam
 „ Itali, non videtur abs re factum: vt speciebus vtan-
 „ tur. A iure autem crocino praesertim vnques, et
 „ digitos, quibus escam aprehendimus, fieri crocinos
 „ nullus ambigit. Sed Rex Matthias omnia manibus
 „ pertractans nunquam fit sordidus, quamuis locutioni
 „ intentus, semper enim in eius conuiuio disputatur,
 „ aut sermo de re honesta, aut iucunda habetur, aut
 „ caermen cantatur. Sunt enim ibi Musici, et Citha-
 „ tharaedi, quí fortium gesta in lingua patria ad men-
 „ sam in lyra decantant. “ Moris etiam fuit post an-
 „ num 1600. apud Hungaros: vt quisque cochlear, cul-
 „ trum, et furcillas pro conuiuio secum adferre debuerit.
 Cochlearia argentea, cultrorum autem, et furcillarum
 manubria conchyliis exposita (*Gyöngy házás*) vel
 maxime in vsu erant. Consuetudo haec herum do-
 mus sollicitum non tenuit, quisque suum apparatus
 a furtis famulorum tutum praeseruauit, sensim tamen
 in Hungaria exoleuit.

§. 98. Sunt et singulares apud Hungaros poculum
 vini propinandi formulae. Antiquissima est: *Szálló*
Kendnek! quam aliqui a Latio *Salus tibi!* alii a *Szol-*
gálok kednek! per abreuiationem deriuant. Dein pro
 varietate temporum erant diuersae: *Viuant Hunni cum*
Croatís, arma Suae Maiestatis! Viuat sincera sincero-
rum sinceritas! *Kurva az annya rossz embernek, egy*
szó, úgy mint száz! a' ki minket hátunk megett, nem
szemben gyaláz! *Ollyba tartom rossz embernek reám*
szóllását, mint szemeten gubás ebnek az ugatását. Hát
koptassák a' nyelveket haszontalanúl, engem sem hágy
 én

én Istenem gyámoltalanúl! Ökör iszik kelve, ember barátságért. Jó bor e' gazda, jó szőlő hozta, az Úr, Isten áldgya meg, a' ki ezt kapálta! et repetitum: a' ki ezt hozatta! a' ki ezt meg iszsza! Iszsza már! iszsza már! Kend iszsza már! Ez a' pohár bujdosik, ilyen a' barátság! Kézzül kézre adatik, ilyen a' barátság! Nosza *pajtás*! tölts innom, ilyen a' barátság? fellyebb töltsed poharom, ilyen a' barátság! ilyen, ilyen, ilyen az, ilyen a' barátság! *) Edgyet tojik a' Fürjetske, rirom, rárom, rárom! Rettye, ruttya, szénám renden, rendem, rendem, rárom! Sárga rigó, tarka túró rezes kalapátsot, bükfa nadrág, tüdös korka mámoros kovátsot. Komám aszszony fere tsapta paszamántos konatyát, ölbe hordgya Czigány aszszony síkétto porontyát. Fürödgyünk meg Komám aszszony! elég nagy a' kádja, Hagyma, rapé, répa, retek légyen kamarába. Jáj! be bolond ének *Pajtás*! se füle, se farka, kinek kinek te-le légyen jó borral a' marka. Száz esztendő kan Verébnek, száz esztendő kan Verébnek, hátul van a' farka, hátul van a' farka! Veszsen el a' világ, maradgyon a' szőlő, melly kapállás nélkül légyen mindeg termő! torkainkat nedvesíttse, az elménket élesíttse! hajts! hajts! hajts! egy itallal fel is hajtsd! Noszsza *pajtás*! Te is hajts! Vagyon egy fő város, mellynek neve Buda! Buda mellett egy víz, mellynek neve Duna, a' Dunában egy hal, mellynek neve Hartsa! egy más szeretöket az Úr Isten tartsa! Éllyenek azok, a' kik igazok, a' kik nem azok, legyenek gazok! Adgyon Isten minden jót, tele légyen mint a' pintze, mint a' bót, ne légyen a' ruhankon semmi nemű fölt, szolgállyon a' Magyarinak Oláh, Német és, a' Tót! Adgyon Isten minden jót, bort, petsenyét, ótsó söt, a' Lengyelnek sok borsöt, el-

*) *Pajtás* Commilito, socius malorum ex *Baj-társ* derivatum.

ellenségnek koporsót ! Adgyon Isten egésséget, Magyarok közt egygyességet, bort, petsenyét, békességet, szép, és jó feleséget. etc. Morbi Hungarorum sunt : *Csömör*, siue febris amphimerina, quae per 24. horas stadium suum absoluit. Contrahitur a nausea cibi, vnde coquus imperitus, qui talem procurat, Hungaris *Csömör főző* dicitur. Curatur calcatione per solidum masculum, vntione per faeminas, praesertim formosiores, attritu fortiori ad excoriationem vsque extimae cutis, seu epidermidis. Alter morbus nationalis est : febris *Hagymász*, quae quia multos absumpsit, *Had-más*, quasi alterum bellum dicta est Hungaris anno 1542. ad Iaurinum castra metantibus. Probabiliter videtur esse febris indolis neruosae. Curatur sequenti medicina :

℞. Capit. porcini recent. libr. iij.

Nasturcii comm. Unc. vi.

Aceti vinac. q. s.

Coqv. per 3. horas.

Summat. aeger quouis bihorio Vnc. iij. suberbibendo ex sequenti Thea :

℞. Farcimin. longi Vlnar. iv.

adde piperis

— Zingiberis

— Ceparum āā dr. iij

Coqv. in iusculo caulium. q. s.

Tertius morbus eorum vocatur *domesticus*, siue Hungarus extra suam dulcem patriam diu viuere non potest, sed maerore animi conficitur, et profugus etiam redit, quia dicunt : optime in patria. A hol a' nyúl fell nevelkedik, ott szeret inkább lakni, mint a' tormába esett féreg. Morbus hic a Medicis nostris *Nostalgia* vocatur.

§. 99. Titulaturae veteres Hungarorum erant: in periodo prima stirpis Arpadianae Reges scribebantur *Illustrés*. In periodo mixta Reges Carolus, et Ludovicus *Serenissimi*. Sigismundus cum fuerit Imperator, *Excellentissimus Dominus eorum metuendus*. *Celsitudo Vestra*. Palatinus, et alii Barones Regni *Magnifici*. Ita *Magnificus vir* Comes Palatinus, vel Iudex Curiae Domini Regis, in contextu autem literarum *Magnitudo Vestra*. Nobilibus: Viro Nobili, et Honesto amico plurimum reuerendo. Comitatus: Viris Discretis, Nobilibus, et Honestis Dominis Magistro N. Comiti de N. Comitatu, et Iudicium, ac aliis Nobilibus. Sub Matthia autem Corvino: Egregius. Ciuitatibus: Viris Prouidis, et Honestis amicis suis reuerendis Iudici, et Iuratis, ac caeteris Ciuibus. Vel: *Sagacibus viris*, et in contextu *Sagacitates Vestrae*. Sub Matthia Corvino: *Circumspectis*. Capitulis, vel Conuentibus: Amicis suis Reuerendis Capitulo, vel Conuentui N. vel Discretis viris Sacerdotibus in Ecclesiis, seu Capellis ad Magistratum Archi-Diaconi N. DEO famulantibus. Archi-Episcopo: *Reuerendissimo*. Episcopo: Reuerendo Domino N. Episcopo. Claustralibus: Religiosis Fratribus Heremitis Ord. S. Pauli I. Heremita in Claustro B. Laurentii Martyris supra Budam fundato. degentibus. In Vngarico autem: *Kegyelmed*, *Kelmed*, *Kmed*, *Kend*, *Ked*, ponebatur. Hodiernis Hungaris ampliores sunt titulaturae: Magnates Excellentissimi, Illustrissimi, in altioribus subselliis collocati Nobiles Magnifici, et vsque Iurassorem Comitatus Spectabiles, Commissarii autem Magazinarium Perillustrés vocantur. Nos ipsi Magazinarium quemdam Commissarium conuerentem audiuius: *az illyen adta czinczi fincezi Magnássa tsak tgy ír szegény Nemes embernek: Gra Duo mihi oberando*. Ipsi verbi Diuini Ministri amplius

pliozem hodie titulum affectant. Ita enim quispiam ex his in supplici libello anno 1794. ad Dominium Almásianum porrecto se subscripsit: alázatos szegény szolgája N. N. a' Takta-Harkályi Reformáta szent gyűlekezetben az Isten beszédi titkait sáfárló Názáretbéli JÉ-SUS szolgája.

§. 100. In titulis Hungarorum frequenter occurrit *de Eadem*. Est praedicatum Nobilium familiarum, quae a cognomine possessione nomen gerunt. E. gr. *Szirmay de Eadem*. Privilegium, quo conceditur ius inter nomen, et cognomen *De*, siue *Von* scribendi, hodierno aevo reputatur profecto singulare. Is enim, qui hac praerogatiua potitur, ipso facto e plebe emergit, et ius obtinet ab aliis, qui sibi pares olim fuerunt, praetendendi: vt pileum coram se iam eminus deponant. Deinde extraordinarii huius honoris concomitantia sunt: pulchri equi, carpentum *a la mode*, serui distincto habitu nobiles, et titulus: *Ihro Gnaden*. Vxor etiam Domini *Von* ius accipit deposita Ciuili vitæ, vittam ad formam Gallicam, quæ omni hebdomada mutatur, gestandi, Cubiculariam seruandi, potu *Caffee* singulis diebus saltem bis vtendi etc. Maiores nostri Nobilitatem impetrando praeter paruam illam aquaui contributione immunitatem, et ius per omnia telonia sine bursa transeundi, nihil amplius desiderarunt. Si autem insuper particula *de* cuiuspiam adiecta fuit, huic plerumque tanquam appendix, vel pagellus, vel exilis *puszta*, vel Curiola Nobilitaris cum frustillo terrae 100 aut 200. iugerorum adnectebatur. Cautè tamen in Hungaria vtendum termino: *de Eadem*. Nam penes hunc, dum Notarium Comitatus egissemus, vix non fuit dedolatus in Comitatu Zemplen. quispiam Belga. Ille inaudiendo: hoc titulo Hungaros peculiariter honorari, Iudici Nobilium *Kortsma* vocato scripserat:

pserat: Domino *Korcsma* Iudicii Nobilium *de Eadem*, et Aduocato *Hazugha* scripserat: Domino *Hazugha* Procuratori *de Eadem*. Penes titulaturam hanc iam *Hajdo* Iudicis Nobilium infestus ipsi imminebat, et Aduocatus actionem *dehonestatoriam* exhibuerat, nisi interpositione nostra bonae fidei *Sógor* seruatus fuisset.

§. 101. Musica Hungarorum: Lituus *Tárogató* *stp*, et tympana peditum, tuba equitum bellica musica fuit. Ante pugnam inclamabatur ter: *Uram JÉSZUS!* vti in pugna Mohácsiana factum refert Isthvánffy Lib. VIII. Imo et ante susceptum iter militare memorat Valent. Drugeth in suo Diario: *háromszor JÉSZUST kiáltván huszon egy sereggel jó szívvvel ezen JÉSZUS nevében indúltunk*. Cacterum amantissima est Hungaris Musica Zingaris cymbalmo secundante fidibus canentibus: *Hol lakik kend Húgom aszszony? Keresztúrba* etc.

§. 102. Monetae Vngaricae species.

Atila magis Imp. auro, et argento cuso abundabat, quam vt aurifabrinae erigendae curam suscipere debuisset. Vnde nummi, qui nomine eius insigniti circumferuntur, videntur in amaram eius memoriam in Italia cusi. Sub primis Regibus, quamuis monetae vsus fuerit, pretia tamen, et solutiones defigebantur per pondera, libras, marcas auri, argenti, vel denariorum. S. Stephanus anno 1009. in Diplomate habet: „ si quis „ huius nostri praecepti paginam frangere tentauerit, „ octo millia librarum auri cocti sciat se compositum. “ Ingens hoc pondus Cl. Katona ad 74. aureos hodiernos reducit. Vsum proprii auri apud Hungaros coepisse sub Carolo Roberto probabile est. Ante eius tempora per totam Europam in vsu erant aurei Byzantini, Florentinum Ladislaus IV. induxit. Lupini aurei *Farkas fogas arany* in documento anni 1649. vocantur aurei Báthoriani Principis Transylvaniae, qui insignia fami-

familiae tres dentes lupinos monetae incudi fecit. Anno 1317. per marcas grauis, leuis ponderis, grossos, denarios Viennenses, Regales, Banales, Frisaticos, et florenos computus fiebat. 7. denarii valebant 1. grossum Budensem, 280. denarii faciebant marcā Budensem, 240. denarii Banalem marcā. Marca grauis ponderis Budensis erat flor. 4. Banalis flor. 3. leuis ponderis flor. 1. Marca montana flor. 72. S. Ladisl. Decr. L. I. Cap. 30. sedecim iuuenos 60. solidis aestimat. Erant autem solidi dupplices aurei, et argentei. Solidus auri 40. denarios, argenti 12. denarios faciebat. Solidi cum militiae stipendii loco dati fuerint, stipendium militum Vngaris *Zsöld.* miles vero Germanis *Soldat* dictus est. Galli solidum *Sols*, vel *Sous* vocabant, et hodieum retinent. In literis Sigismundi anno 1430. legitur: „quod 100. maiores denarii, qui „iam cuduntur, valeant vnum florenum auri, de alia „vero moneta *quadrigh* vocata, tunc currente 400. denarii similiter ad vnum fl. auri computentur. In literis Andreae II. anno 1253. est mentio *garlarum*, de mensura quatuor *garlarum* vnum denarium recipiant. In pignore Scepusii sit mentio *sexagenarum latorum grossorum*, quorum valorem diu disputatum Diua Maria Theresia receptis anno 1772. oppidis Scepusiacis, sicut Magnus Alexander nodum Gordium ense dissoluit. Florenus Hungaricus adhuc anno 1527. aureum, seu Ducatum designabat, vti patet ex Diplomate Ferdinandi I. quo Mariae sorori Ludouici II. Regis coniugi dotem a marito designatam definit, vbi floreni Vngaricales etiam Ducati nominantur. Florenus Part. II. tit. 72. *Forint* a Florentina Ciuitate nomen accepit, vbi anno 1252. cudi coepta sunt aurei, ab impresso flore lilii *Floreni*, et a Ducatu Forentino *Ducati* dicti. Anno 1542. art. 50. florenus Vngaricalis valuisse videtur

tur 50. cruciferos, seu 100. denarios medium cruciferos efficientes. „ Nam Huszszaroni menstrue dabantur „ 3. flor. Hungarici, et qui plus mereri videbatur, supra „ addebantur floreno Vngarico 20. denarii, vt sint 3. floreni Rhenenses. Qui ex floreno Vngarico detraxit duos denarios, ille *Kurta forint*, qui superaddidit duos denarios ille *Vonds forint* soluere dicebatur, et iam anno 1360. in literis Theodori Keriaticovich Ducis Munkácsiensis est illorum mentio. Anno 1553. art. 25. floreni Rhen. vel maxime inualuerunt, quo statutum est: vt medii Thalleri ligae Viennensis, siue florenarii cundantur. Thalleri *Tallér* a Germanico *Thaller*, quod anno 1515. regnante Ludouico II. Rege nostro a Stephano Schliken in valle (*Thall*) S. Ioachimi cudi coeperint, *Imperiales* vero ab Imperio Germanico vocati. Erat demum moneta currens: aurei, siue Ducati flor. 4. Thalleri flor. 2. medii Thalleri flor. 1. valentes. Mariani, grossi, polturae, Greschlae, denarii, Fillerii, Babkae. Subseque sub Leopoldo I. cruciferi, septenarii, *peták*, sub Maria Theresia vigesimarii, decenarii, quinquenarii. Effigiem B. Virginis Mariae auro Hungarico probabilius Matthias Corvinus primus impressit, sicut Cl. Simonchicz in Numismatica Vngariae demonstrat. Cuprea etiam moneta ex Hungaria exulabat. Anno 1705. illam confoederati cudere coeperunt. *Pro libertate*, vnde Hungaris *Libertás* vocabatur. Anno 1763. cupreae monetae vsum stabilem effecit Diua Maria Theresia, Iosephus II. Imp. autem Chartarum publicarum vsum Hungaros edocuit. Prouerbia sunt: Pénz emberség, ruha tisztesség. Pénzel járják a' bútsút. Hogy ha nintsen pénzed, nintsenek barátid. Semmi a' pénz örökség nélkül. A' jó garas lehet, melly aranyat nyerhet. A' pénzt rút kevélység szokta követni. Nints véike a' pénzes embernek. Kinek mennyi pénze, tsak annyi hittele.

tele. Bolondnak a' fa pénz-is jó! Apát, anyát lehet venni, ha fog elég pénzéd lenni.

§. 103. Academiae in Hungaria erant: Quinque Ecclesiis a Ludouico I. Budae a Sigismundo, et Matthia Corvino, Posonii a Ioanne Strigoniensi Archi-Episcopo institutae; sed sub Vladislao II. et Ludovico II. ita diffluxerunt: vt si quis paullum literatior esse volebat, Bononiam inprimis, Viennam, et Cracouiam concedere debuerit. Vulgus imperitum in Hungaria olim credidit duodecim vniuersim scholas numerari, in decima tertia autem res tantum Magicas, et Necromanticas tradi. Hinc saepius accidit: vt nostro adhuc aeuo studiosi vagatores credulitate plebis in rem suam egregie vsi villas, et pagos circuiuerint, seque *Gara-bonzás Deák* a Graeco *Nekromantes* nominauerint, quod audiendo rude vulgus confestim ad eos currebat, omnisque generis dona eis ferebat, metuens ne forte eorum incantatione aut agros grandio concuteret. aut aliud malum pago eueniret. *Gar-Bonzas* est vocabulum antiquum Asiaticum. Nam per Hunnos in Asia habitantes, quum a Sinensium *Bonziorum*, qui ridiculis quibusdam falsorum Numinum simulacris sacrificabant, placitis abhorrerent, Sinenses per contemptum a *Bonziis* *Gar-Bonzas* dicti sunt, se ipsos autem *Magos* vocabant, velut qui sapientia, et religione reliquas gentes antecellerent, quod nomen hodierni quoque *Mogoles* per Indiam retinent, et aliqui nomen etiam *Mogor*, siue *Magarorum* inde deriuant: quod *Moegoros* iam Plinius de rerum natura Lib. VI. ad Indiae citeriora collocet, imo et *Magi*, qui natum Saluatorem in Bethlehem adorarunt, *Mogerorum* Reguli fuisse videntur:

O! iam tunc dilecta DEO gens Hunnica plaude:
Europae *Chanaan* terra futura tua est!

Iuxta Gen. 9. 20. 21. 27. Neque assertum nostrum probabilitate caret: *Magog* fuit filius Iapheti, ab hoc descendit gens *Magogitica* cuius Ezechiel 38. et 39. meminit, Reges illius vocabantur *Gogi*, *Magogi*, *Magi*, quales Christum adorantes Matth. C. 2 compellat, et ab oriente, siue *Sinarum* vicinia venisse scribit. Gentem *Magogiticam* successu temporis *Schyiticam* esse dictam testis est Ioseph. Flavius antiqu. L. 1. c. 6. his verbis: „ *Magoges* autem, seu *Magog* *Magogarum* a „ se denominatorum [fuit auctor, qui demum dicti „ sunt *Schythae*. Idem confirmat Anonym. C. 1. Regesque nostros ex *Magog* descendere dicit. Terminatio quoque vocis *Magog* est Hungarica, sicut *Balog*, *dolog*, *gyalog* etc. Myrha denique, cuius oblatione SS. Salvatorem venerati sunt, in regione *Mogerorum* proveniebat, eamque teste Plinio ex Asia orientali Pompeius Magnus primo in triumpho, quem de piratis duxit, in urbem inuexit.

§. 104. Nationes Hungaris nexae sunt: *Palóc* antiquissima tribus Hungarorum, quae nunc montis *Matra* radices incolit. Cum fuerint venatores, lingua Russica *Polovci* dicti sunt. Vti antiquissimi Graeci, et Russici scriptores memorant. Voces protrahunt. Itaque quispiam ex iis Parochum in sacra peregrinatione inclamavit: *Au meg auval a' Keresztveu! hát hugyozzeek Dorkó Nene!*

§. 105. Cumani *Kún* pariter antiquissima Tribus Hungarorum. Hi post sublatum in Europa Atilae imperium Procopio *Cuturguri* dicti (*Uturguris* cum suo Principe in Asiam reuersis) Cis paludem Maeotidem remanentes hodiernam Moldauiam, et Valachiam occuparunt, quae Magna Cumania vocabatur. Dum Hun-

garos Almus ex Asia educeret, Russis coniuncti Hungaris restiterunt, sed deuicti Hungaris se vniuerunt, et Reges Hungariae se Reges Cumaniae scribebant. Anno 1230. Tartari eos cum ipsorum Rege Cutheno nimis attriuerunt, vnde refugium apud Belam IV. Regem nostrum quaerendo, tractum Tybiscanum, quem nunc incolunt, pro habitatione acceperunt. *Khun* Mogolibus masculi, Hungaris *Kan* dicuntur.

§. 106. Iazyges *Jász* etiam antiquissima tribus Hungarorum, ab arcibus Vngarice *Ijj*, quibus pugnando praecellebant, *Ijjaszones Jászok* dicti. Carolus I. Rex eos *Iazones* compellat. Distinguendi sunt a Iazygibus Metanastis Slauicae originis, cum his lingua Vngarica semper propria fuerit. Quia vero obligationis eorum erat, non solum sagittas in hostes dextre iacere, sed et muros ballistis perfringere, Hungari eos *Fallasok*, Latini primum *Ballistaeos* a ballistis, dein deprauata voce *Philisteos* vocarunt, qualiter eos et Regni Decreta, et Sigismundi, ac Matthiae Coruini Diplomata nominant.

§. 107. Russos Hungari *Orosz* vocant, sed et *Orosz* Ianitorem iis designat, quia pagi *Orosz-falu* incolae Russicae originis erant custodes atrii Regii, vti patet ex Literis Belae IV. 1236. Ladislai Chuni 1274. et libro erogationum Ludov. II. 1526. vbi Rutheni Regiae Maiestatis vocantur. Interim cum natio haec praesertim in confiniis posita, latrociniis olim, et furtis fuerit dedita, *Orozni* furari, et *Orozva* subleste, ac ex insidiis aliquem aggredi significat Hungaris. Caeterum Russi semper erant fideles socii Hungarorum, quos cum postremo in Pannoniam aduentu partim hic repererunt, partim secum ex partibus Kioviae, et per connubia cum Regibus Hungariae adduxerunt. Coloniarum Russicarum memoriam *Oroszvár*, *Orosz-falu*, *Orosz-végh*, et plu-

plurima nominis Russici loca hodie dum sustentant. La-
dislaus Palatinus, Dux dein Opuliae teste Cromero Lib.
13. fuit origine Russus. Theodorus Kariatovich Dux
Albae Russiae sub Ludouico I. notabilem Superioris Vn-
gariae tractum possedit. Quin S. Emericum etiam Du-
cem Russorum fuisse Synchronus scriptor annalium
Hildesheimensium memorat ad annum 1030.

§. 108. *Valachi sunt* Romanorum in Transyluania
reliquiae, vnde se Romanos *Rumunya* compellant. Quia
vero Italus Slavis est *Wlah*, inde Hungaris *Oláh*, La-
tinis Valahi, Blacchi dicti sunt. Ob latrocinia gentis
Ólálkodni insidiari apud Hungaros significat.

Caeterum Natio Valachica est robusta, et procera
corporis statura, sexus autem muliebris eleganti for-
ma. Lacinia, qua anticam, et posticam corporis par-
tem foeminae tegunt, Hungaris vocatur *Katrineza*,
puella Valachica *Fata*, cibis eorum gratissimus ex
farina fagopyri cum caseo frixa dicitur *Pulyiszka*, pa-
nis fagopyraceus *Málé*. Elegantes sane *Fatas* Valachi-
cas descripsit Poëta Hungarus:

Olly Angyali *Fáták* találkoznak hellyel,

Láttam egynehányat magam-is, a' mellyel

Ha melléd ültetnéd, vagy öledbe vennéd,

A' bús *Pulyiskát*-is béles gyanánt ennéd.

Mert olly széppé nyőnek a' *Málé-pogátsán*,

Mint a' Magyar búza kenyéren, 's kalátsán.

Nálok külömbeket maga-is *Debreczen*,

Nem nevelhet ama nagy hirű peretzen.

Sem pedig *Kolosvár* leg jobb káposztáján,

Sem *Pesth* a' kávéján, s' tzukros pogátsáján.

Sött *Béts*-is meg-unná taréjas Dámáit,

Ha láthatná Erdély rokojas *Fátáit*.

Hírét sem hallották ezek a' *Frizérnak*,

El hinnék, ha lenni mondanád Hóhérnak,

Tudakozd a' *módit*; vonítanak vállat,

Nem értvén hogy mi az, ember-é, vagy állat?

Nem ülnek a' házban, nem vágynak kalapra,

Nem legyező alól pislognak a' napra.

Nem a' kaptza-kötő tökkel bánnak ezek,

Hanem kapát, villát, orsót forgat kezek.

Ágyok nem fosztott toll, hanem fű, vagy szalma,

Még-is ollyak, mint a' most szakasztott alma.

Gyengék, mint a' lágy sajt, piros az ortzájok,

Kedvelteti őket gömbölyű formájok,

Testek ropog, mint a' durántzai baratzk,

Erek, inok erős, mint a' Töldi taratzk.

De hogy ne-is vólna közöttök szép alak?

Holott az *Oláh* nép még *Római* salak.

§. 109. *Saxonum* multas colonias prisci Hungariae Reges ad colendas fodinas in Hungariam, et Transyluaniam induxerunt. Cum inhospitales fuerint, apposite ipsos nonnemo vanitati mundi transitoriae comparauit:

Ez a' világ szállást igen *Szászossan* ád,

A' szomszédban kerget, midőn nem akarnád.

Sed et in prouerbio est elatus eorum animus:

Hadd alább jó Szász, mert nem babodban találtál.

Item: Szász emberség, szalma tűz, nem sokat ér.

§. 110. Anno 907. praecipua Pannoniae parte Marahannorum ditioni subiecta per Hungaros occupata; Marahanni Morauis Hungaris *Morva* dicti sunt: tum quod in vexillis eorum pecoris (*marha*) insignia viderint, tum quod in hostes irruendo hac voce: *Mrha! Mrha!* vsi fuerint, non secus ac hodierni Croatae: *Udri! udri!* vel Hungari *Rajta! Rajta!* Stock putat nomen *Mährer* ideo attributum per Germanos Morauis: quia *Mähr* hodie quoque Caballam designat. Inde deriuatum *Mahrhoff*, quod pecorum allodium significat.

§. 111. *Slavos* sub iugum missos *Tóth* compellarunt, quamvis illi nomen suum a' *Szlava gloria* derivent. Occasionem, et ansam cognomini *Tóth* dederunt Slavi, dum suas voces *To-to ista res* in loquela saepe repetunt, vnde Hungaris *Tótok* dicti sunt. Aliqui Slavos etiam *Czópák* vocant, quia frequenter audiunt ab ipsis voces istas: *Czo pak? Quid ergo?* sicut Trans-Tybiani *Szagter-bagter* nominant Germanos. Slavi cum plerumque russo capillitio sint, plurimi ipsis addunt Epithetum: *Veres hajú Tóth*. Cum se nequiter humilent, astutia eorum vocatur *Tóth álnökság*. Cum montana incolentes curvis pedibus etiam in plano incedant: *mit görbited a' lábodat, mint a' Tóth a' hegyen?* Cum laborando aegre respirent: *Mit szuszogsz mint a' Tóth — —?* Szappan nélkül meg moslak sulyokkal, ama *Tóth szappannyal*. Örölsz mint a' *Tóth a' pogátsának*. Nagy dolog: hogy a' *Varga*, és a' *Tóth* szégyenli az ő nevét. *Tóth* nem ember, bot nem fegyver, Kása nem étel. *Tóth*nak kökény a' bora, vad alma fűgéje. Adgy szállást a' *Tóth*nak, majd határt mutatt.

§. 112. Caeterum sicut robur militiae pedestris Hungaricae semper Slaui in parte constituebant, ita meritis eorum exigentibus plurimae ex iis Familiae Nobilitate, et amplis possessionibus donatae sunt. En! earum Cathalogum:

Radvánszky, Mednyánszky,

Trstyánszky, Rudnyánszky,

Lokesánszky, Nyiznyánszky,

Horánszky, Ruzsánszky.

Andreánszky, Turánszky,

Csernyánszky, Szucsánszky,

Kubránszky, Piestyánszky,

Atque Madocsánszky.

Niczky,

Niczky, Podmaniczky,
 Beniczky, Parniczky,
 Csemniczky, Hlinniczky,
 Nec non Kaszaniczky.

Tandem Iezerniczky,
 Dubniczky, Styavniczky,
 Moszticzky, Ledniczky,
 Atque Dobrovniczky.

Ita Lipovniczky,
 Atque Dobraviczky,
 Klobusiczky, Lipszky,
 Nec non Motesiczky.

Stupiczky, Duliczky,
 Vt et Deszericzky,
 Hodiczky, Miticzky,
 Rusiczky, Csalticzky.

Borsiczky, Veleszky,
 Meleszky, Reviczky,
 Recsiczky, Scharfficzky,
 Rokiczky, Keviczky.

Demum Domaniczky,
 Atque Nozdroviczky,
 Sic Litomericzky,
 Nec non Markoviczky.

Tuchinszky, Prusinszky,
 Kinszky, Malatinszky,
 Maretinszky, Zlinszky,
 Lusinszky, Dedinszky.

Rubinszky, Budinszky,
 Atque Wlkolinszky,
 Bretsinszky, Micsinszky,
 Nec non Bukovinszky.

Sztareczky, Draveczy,
 Medveczy, Nedeczky,

Frideczky, Hrdeczky,
Nec non Zathureczky.

Ebeczky, Bereczky,
Iabreczky, Szadeczky,
Szeleczky, Veleczy,
Ita Barthodeczky.

Prileczky, Zarjeczky,
Atque Maloveczky,
Rembeczky, Horeczky,
Demum Polereczky.

Benyovszky, Zsitkovszky,
Rakovszky, Szulovszky,
Maršovszky, Petrovsky,
Hrabovszky, Bulovszky.

Tarnovszky, Hvicsovsky,
Rassovszky, Visnyovszky,
Lipovszky, Zorkovszky,
Atque Urbanovszky.

Tandem Matyasovszky,
Szocsovsky, Borovszky,
Kockovszky, Klinovszky,
Nec non Ozorovszky.

Porro Szuhodolszky,
Atque Ieszenovszky,
Lukovszky, Bludovszky,
Szászky, Bujanovszky.

Demum Beharovszky,
Vt et Popinovszky,
Klussovsky, Grodkovszky,
Tandem Kohanovszky.

Richvaldszky, Fridvalszy,
Majerszky, Podhraczky,
Podhorszky, Závodszy,
Atque Mezihradczky.

Porubszky, Okruczky,
 Pulszky, Osztroluczky,
 Potoczky, Lehóczky,
 Atque Dholuczky.
 Iamborszky, Zborszky,
 Predmerszky, Szteptenszky,
 Barvulszky, Rozvadczky,
 Dvoreczky, Preztenszky.
 Terstenszky, Brisztenszky,
 Szterjenszky, Ieszenszky,
 Tito vseci dobre
 Vedga po slovenszky.

§. 113. *Teutonibus* in Hungaria plurimae Illustres
 Regni familiae originem, Ciuitates Regiae incunabula.
 ingenuae artes, et opificia progressum suum debent.
 Vnde Hungarus Germanum *Sógor* affinem compellat.
 Quia illos iam nouem saeculis intra nos habemus. Non
 illi vi intrauerunt in medium nostri, sed nos Hungari vo-
 cauimus eos, et partiti sumus cum iis fraterne agros
 nostros, et vineas nostras, et panem nostrum. Nos il-
 lis filias nostras dedimus, et illi nobis suas, et mixtus
 est sanguis noster cum sanguine eorum. Teutones *er-*
 go sunt affines, conciuēs, et commensales nostri, prae-
 sertim milites. Idque ex regula Grammatices [affines
 enumerante:] *Affinis: miles.*

§. 114. Multa attamen sunt apud aemulas has gen-
 tes irradicata ad inuicem praeiudicia. Ita Germanum
 quemuis Hungari *Németh* nominant a *Nemicis* Baua-
 riae incolis, quos hoc nomine Graeci scriptores Con-
 stant. Porphyrog, Zonaras, Anna Comnena, Glycas,
 Cernelius autem Tacitus *Nemetes* appellat, et per Bo-
 hemos etiam vocantur *Nemcsi*, apud quos antiqua est
 Pragae anno 1620. excusa ad S. Procopium sacra can-
 tilena; Svati Prokop! vizen Nemcsi, czuzo Zemci,
 Kyrie

Kyrie eleyzon ! *) Vicissim si Bauari Cacodaemonem rite depingere volunt, eum veste Hungara indutum adhuc anno 1741. depinxerunt. In causa sunt cruentae caedes, et incendia, quae maiores nostri populo huic intulerunt. Germanicas braccas Hungarus vocat *Bugyogó*, Croata *Plundre*, e contra Austriacus Hungaricas caligas *Froschhozen*, quamuis has longe commodiores maior Europae pars iam adoptarit. Ranas compellat Hungarus *Németh rák*, vicissim Austriacus lardum *Sajerey*. etc. etc.

§. 115. Croatae quemuis Germanum *Kranyecz* Carniolum compellant. Prouenit inde: quia Ducatus Carnioliae Croatiae finitimus est. Quemadmodum ergo vulgus imperitum Geographiam nunquam didicit, ita vitio ei dandum non est: si totam Germaniam intra angustos Carnioliae limites comprehendi, Labacum autem metropolim Germaniae esse sibi persuasit.

§. 116. Praeterea tot, tantaeque Sueuorum coloniae, quae magnam Hungariae partem repleuerunt, ita fortem in cerebro rusticorum Hungarorum impressionem fecerunt: vt iam omnem Germanum Svevum *Sváb* appellent. Hoc non fit in opprobrium gentis Germanicae, sed inde: quia nostri etiam Rustici non didicerunt Geographiam; putant ergo Germaniam in Svevia esse, huius autem metropolim Viennam. Ita vicissim Austriaci Hungarum vocant *Kroboth*. Quamprimum quis ad bellum fontem (*Schön-brun*) vel trans pontes vehi vult Viennae, iam clamatur illi: *Zahl Kroboth!* sed constare deberet saltem Metropolitanae vrbi Hungarum non esse Croatam, nec Croatam Hungarum, nisi quantum vno sub capite viuunt, et vna lege gubernantur.

*) Quia Maximilianus Bavariae Elector tumultuantes Bohemos vel maxime compescuit. Anno 1269.

§. 117. *Racca* in Hebraico significat vacuus cerebro, et hoc fratri suo dicere S. Scriptura Matth. 5. v. 22. dicere prohibet. Ex hac voce illa salutatio *Rakker*, qua Hungari Austriacos diuersitores marsupia suanimium emungentes salutare solent, originem duxisse videtur.

§. 118. Talia tamen imperitum vulgus, et petulca iuuentus. Cordatiores Hungari sicut semper, et merito Germanam nationem venerati sunt, ita nexum suae patriae cum haereditariis Germanicis prouinciis necessarium iam art. 2. 1723. recognouerunt, et Cl. Schvartner in Statistica Vngariae demonstrat.

§. 119. *Austriam* certe Hungariae limitibus includi certum est, ex Ludouici II. Ottonis item II. et III. Impp. diplomatibus per spect. Bárdóssy in Supl. Anal. Sceps. §. 27. productis. Sed et Anonym. noster eam limitibus Vngariae includit: „Dux vero Zulta fixit metas Regni Hungariae ex parte Teutonicorum vsque ad pontem Gucil (*Anaso infra maiorem, et minorem Anisias defluentis* impositum) et in eisdem partibus dedit castrum construere Ruthenis) *Megyelek*, quod confinium Hungonis significat, Latinis *Melcium*, Germanis *Melck* dictum, altaeque ad Danubium rupi impositum) qui cum Almo Duce in Pannoniam venerant, et in eodem confinio ultra *lutum Musua* (a quo Comitatus Mosoniensis nomen accepit) lutum autem *Musua* (nunc a Ruthenico *Boloto*, *Balato*, *Blato*, *Balaton* Hungaris, *Blatensee* Germanis vocatur) collocavit etiam Bissenos *Bosnyák* non paucos (qui hodiedum ultra Leitham fluium in Austria diffusi *Wasser*, rectius *Bosner-Kroaten* appellantur) „habitare pro defensione Regni, vt ne aliquando Teutonici fines Hungariae deuastare possent.

§. 120. *Italorum* etiam plurimae coloniae in Hungaria sedem fixerunt sub priscis adhuc nostris Regibus, quae passim *Latinorum* nomine in Diplomatribus veniunt. Anno 1242. post cladem Tartaricam Rex Bela IV. perites vinicolas ex Italia deduxit, qui montes Tokaienses vitibus Italicis nouiter plantarunt. Ab iis oppidum Hegyallense *Olaszi-Liszka*, et pagus *Olaszi*, sine Italicus, nec non praecipuae vitis Tokaiensis species *Formint* a *Formiae* Italiae regione, de qua jam Horat. Lib. I. Ode 20. canit, item *Rumonya*, seu Romana vitis nomina accepere. Sed et hodiedum multi ex Italia emigrantes mercatus causa in vrbibus Hungaricis domicilia figunt, estque de iis cantio :

Jo som Bassano ex Italia,

Ill' patre Libraro di Venezia,

Olim fici, et lemoni,

Modo libri, Imazini

Vendo levi prezio.

Quando Jo venit ad Vngaria,

Quam haec fuit in me barda patria,

Crudeliter me vastarunt,

Braccas mihi mensurarunt,

Fuste in Posonio.

Sed iam nunc asueui isthic viuere,

Placet vino leui sumptu bibere,

Plazet caro bubulina,

Plus quam nostra asinina,

Plazent et farcesimina.

Venite huc ergo libros emite,

Quanta sit in tergo gaza csernite,

Belloini, Remondini,

Typi quoque Patavini,

Sunt in questa sarcina.

Quando nil volette a me emere,
 Allo Jo caza debet pergere,
 Commendo me in fauore,
 Et sum vestrae Sinorie,
 Servo umilissimo.

Circumforanei hi etiam *Mercat Imago* Hungaris
 vocantur: quod ad emendas icones sic Hungaros pro-
 uocare soleant: „Illustrissimo! mercat imago, infer-
 „no pro ornamento domus quatuor pólturis, ell io
 „prodigo decem crucsiferis. etc.

P A R S II.

D E

ORIGINE, SIGNIFICATIONE, ET ADAGIIS VOCVM NONNVLLARVM.

A, in iure Hungarico est Actor.

Ah! vinum Tokainum hac particula adiecta e-
 nunciant exteri. Quam apud exteros aestimationem
 vina nostra Tokaiana habeant? praeter scriptorum te-
 stimonia, testis est eorum vel maxime, qui degustaue-
 runt, plena affectus cuiusdam singularis de vinis no-
 stris quotidiana loquela. Ita quidam dum iter suum
 per has oras susceptum enarraret, viasque pessimas,
 et incommeabiles nostras pro eo ac merebantur, descri-
 beret, cuilibet fere articulo sermonis: *Ober vinum*
habent bonum! interseruit, pontes nos habere ex
firgultis merito pessimos, et illos vocare *Hitt* decla-

rauit, *sed vinum habent Ah!* conclusit. A nobis etiam charus quidam amicus noster, qui iam linguam patriam ex necessitudine nobiscum habita didicerat, dum vinum Hegyallense curandae sanitatis causa sibi mitti peteret, bonitatem vini huius se non melius, quam repetitis verbis, et interiecta particula *Ah!* exscripturum putavit. Sic enim ad nos breuem, sed ex qua affectum illius aestimauimus, magnique fecimus, epistolam exaravit: „Kedves Andal! Én betek! „kuldi nekem a' te Druszsabul Hekkallai bor. Mert „jó jó a' bor, Maszlas, maszlas, Aszszuszullu, asz- „szuszullu, Ah! Essentiad, Essentiad ha vagion!

Vinum Tokainum Hungari *Coeleste* etiam *nectar* vocant; sic enim de eo canunt:

Bujjon el a' Német *Rhénussi* borával,

Halgasson az Olasz a' *Falernumával*,

Tsak igya meg a' Frantz híres *Sampanerét*,

Egy hordónk fel éri boraik' tengerét.

A' halhatatlanságnak Mennyei *Nectárja*

E' vólt, vagy ez annak valóságos párja.

Modus etiam cogitandi Nationis ab hoc vino multum dependet, Quia certum est: nationes, quae aquam, vel cerevisiam potant, humili cogitandi ratione plerumque humi serpere, cremati, et exustos potus turbulentas cogitationes generare, vinum autem *Tokainum* acuit ingenium.

Aucarium ab *euke*, quod anseres ad pabulum sic vocare soleant faeminae Hungaricae, siue *Lúdas* periurum olim vocatum fuisse Verböczius Titt. 3o. 2ae refert, qui semper disparibus vestibus indutus, zona cannabea succinctus, discalceatis pedibus, et nudato capite incedere, hoc est: debebat Franciscanus fieri.

Auca faemellam avim, *Aucarius* accipitrem glosario du Fresniano perhibente significat. *Autz* Germa-

manice locum cibationis pullorum notat, vnde *autzen ätzen* pullos cibare deriuatur. Sub Bela IV. *Draucarii* Regii, qui falcones instruebant, teste Diplom. apud Bárdossy in Supl. Annal. Scep. §. XXVI, anno 1263. villam *Drauch*, hodie Germanis *die Autz*, Hungaris *Darótz*, Slavis *Dravetz* in Scepusio inhabitabant, prout et *Caniferi* in villa *Canis*, hodiedum *Hundsdorf* dicta. Hi soli venationi intenti cum neglecta rurali aeconomia nudipedes, zona cannabea incincti inceserint, teste Diplomate Andreae III. Regis anni 1293. Slavis *Besunci*, quasi *currite pedes*, Hungaris vero per contemptum etiam periuri, quibus similem paenam lex dictat, *Aucarii* dicti sunt.

Armalistae Nobiles compellati sunt ab armorum insignibus, quae facti egregii symbola Regum literis receperunt. Mos iste armorum insignia conferendi vix vltra Sigismundi Regis aetatem referri potest. Attamen etiam antea peculiaria insignia habuisse Nobiles Regni familias vel inde patet: quod teste Simone de Keza Lib. I. Cap. 2. *Banerium* Regis Ethele similitudinem auis, quae Hungarice *Turul* dicebatur, habuerit. Item L. 2. Comites Martinsdorfarii aquilam in scuto gestauerint. Sed et *Szirmaiorum* progeniem iam anno 1352. in scutis suis cancrum gestasse ad perpetuam progenitoris sui *Rák* memoriam ex Diplomate Ludouici I. Regis certum est. Hungari a *Csim* titulo insignia *Czimer* vocant. Nobilem pauperem Germani: *est Nobilis, sed non valde*, dicunt. Hungari autem: *Nemes ember vólna, de a' Fazekasok el hordották a' fundussát.*

Argentum staterale apud Hungaros anno 1270. in vsu fuisse inuenio. Fuit infectum argentum, quod statera librari solebat, census conditionerum hominum Monasterli de Tihan.

Auranae Prior in Hungaria celebris. Aurana fuit in Dalmatia. Illic ordo Cruciferorum per Ludouicum I. Regem fundatus erat. Aurana in potestatem Turcarum redacta anno 1537, cessauit.

Arenda ab *áron addás* est locatio pretio facta.

Avas antiquus dicitur de sylua glandifera, roboribus quernis, aut fagineis conspicua, vnde in Comitatu Szatmár tractus integer sylvarum *Avas* vocatur. Dicitur de vino, et lardo corrupto: *Avas bór, avas szalonna*, et de consuetudine antiquata: *meg avúlt szokás*.

Balás hominem ventosum significat, qui omnia pro impetu agit. Vnde; Hü! bele Balás, lovat ád az Isten!

Báldány idolum a *Baal* idolo Samaritanorum. 3. Reg. 16. successive a *Bál* Gallico ad conuentum saltatorum derivatum. Vnde in prouerbio est: A' sok játéék, a' sok *Bál* bezzeg nekem sokban áll!

Bela est Albertus.

Bekény Benedictus.

Bírság Birsagium sunt mulctae iudiciariae apud Hungaros in pecunia solui solitae.

Bilochi iidem antiquitus erant, qui nunc Iudices Nobilium. Colom. Dec. Lib. I. Cap. 37. Andreae II. anno 1222. art. 5. a iudicali signo, vel stigmate Hungaris *Bilog* dicto, quo partes citare solebant, ita nuncupati, furum, latronumque causas, *ad pedes tamen ipsius Comitís* (vt citata lex habet) discutebant.

Bandiera Italice significat vexillum. Vnde Banderiati, qui sub vexillo militabant. Integrum Banderium (Vngarice *Zászló-allya*) faciebat 400. medium 200. Huszszarones. Vlad. Decr. 1. art. 20. Banderia stabilia, et Proceres Banderiati (*Zászlós Urah*) enumerantur Vlad. Decs. 3. art. 15. 20. 22.

Bartpha Ciuitas superioris Hungariae antiquissima per Romanos adhuc fundata (Slauis *Bardiov*) eo est memorabilis: quod dum Polonus quispiam ad eam venisset, ac in caupona large potando saltare voluisset, musici non habuerint fides; interea equo Poloni ex stabulo per furem ablato, deposuit querelam apud Iudicem, sed cum furem designare non potuisset, satisfactionem consequi non potuit. Perpotatis iam in caupona pecuniis, vt sumptibus consulat, vilissimi pretii cibum, siue coagulum lactis sibi dari petiit, tulit diuersitor in olla, sed cochlear non potuit exhibere. Hos itaque versus ad perpetuam memoriam Polonus Bartphensibus reliquit:

O! Bardiovia! Bardiovia!

Quam esses tu felix patria,

Si non deessent tibi haec tria:

Fides, iustitia, et cochlearia!

Boum praestatio vsitata fuit apud siculos, quoties Rex coronari solebat, aut nuptias celebrare, vel primogenitus erat editus, toties hos a quouis Siculo colono exigebatur, quem signo vstionis impresso a reliquis secernere moris fuit.

Banus ex Slauonico *Pán* Dominus Pro-Regem significat. Erant autem Bani Croatiae, Dalmatiae, Sclauoniae, Máchouiensis, Zeurinensis, et Temessiensis.

Blada ex Italico frumentum omnis generis in iure nostro designat. Vlad. Dec. 5. art. 17.

Besliae Praedonum Duces compellabantur. Vlad. Dec. 7. art. 46. hodie *Haram-Bassa* ab *Haramia*, quasi turma Praedonum. Art. 36. 1587.

Bosnyák Bosniae incola, inde *boszsontani* infestare.

Czoki! gaz ember! significat placeat Dominationi vestrae foras exire.

Csonka-

Csonka-torony erat propugnaculum vrhis Noui Montis Pesthiensis seu Budensis versus Danubium, protensum, nostra adhuc aetate visibile, cui delinquentes status sub priscis Vngariae Regibus includebantur.

Citationis mos per solum sigillum sine omni scriptura Colom. L. I. Cap. 6. ex lege Boiaria ad nos peruenit. Anno 1255. Caput Uri referebat cum inscriptione: *Comes Tristanus me misit*. Diu perdurauit in Comitatibus, et vocabatur: *Sigillum compulsoriale*.

Curiae Regiae Iudex Palatino praepedito partes Iudicii in Hungaria obibat.

Curialis Comes fuit Praefectus Castri Regii in quolibet Comitatu.

Comitatus in Hungaria antea plures, dein vniti. Ita Poseniensis maior, et minor. Iaurinensis, et Szolga-Cyöriensis. Pest, Pilis, Sólth. Zemplén, et Potok.

Comites Hungaris dicebantur illi, qui Regem in castra proficiscentem et in persona, et cum certo equitum numero comitabantur. Colom. Lib. I. Cap. 40. In officiis constituti vocabantur *Ispány* Sicularum Comes *Székelyek Ispannya* etc. Ipse Palatinus Comes Palatii *Nádor Ispány* dicebatur.

Castellanus Várnagy fuit portae arcis custos, et ne quid ex bonis castri auellatur, inuigilabat.

Camerae lucrum, cuius crebra in codice iuris patrum mentio, erat contributio ob monetae cusionem per Comites Camerarum quotannis exigi solita. Andreas II. primo illius meminit anno 1251. in Vestig. Comitior. Carolus Robertus a singulis portis 18. denarios exigebat. Item Ludouicus I. Decr. 1342. §. 18. Dein anno 1467. sub Matthia Coruino abolito lucro Camerae tributum *Fisci Regalis* a quinque portis erat florenus auri. A cuius obitu, cura fodinarum, et re monetaria exteris *Fuggeris* (*Fuhár*) locata, cessauit. Sub Ferdinando I.

et Maximiliano II. memoria lucri Camerae iterum recurrit art. 40. 1545. 15. 1567. 16. 1659. dein ob subsidia quotannis in bella Turcica decreta sensim obsoleuit.

Cybricnes a *Cseber*, *akó*, *vrna* tributi genus, ad vineas pertinebat, ex quibus certus vini vrnarum (*Cseber*) numerus quotannis Regi pendebatur.

Czinkos complex sceleris. Vnde pagus *Czinkota* fors olim receptaculum aliquod malefactorum a *Czinkos* dictus fuerit.

Cloaca Pilatus Konyhája.

Collega Kalandos társ, vnde *Kalandozni*, quod aliqui a *Coleda* ante Iosephi II. Imp. tempora in Hungaria recepta desumptum putant: dum Parochus festo SS. Trium Regum intensissimo frigore indusio indutus, pueris, tintinnabulis, cantoribus stipatus, lampade in forma stellae praeunte noctu parochianos suos visitabat, *Kalendasque* Ianuarias apprecatur, ac lætamini in Domino, in hoc nouo anno, *az uj esztendőbe mi vigadgyunk* occinebat. Caeterum genuinum vocis *Kalandázni* etymon vide sub *Pernahajder*.

Colaphum impingere. *Nyak levet adni*, vagy *kézi esókkal illetni* modeste dicunt Hungari.

Csizma cothurnum deriuant a *Schismate* sequenti versu:

Cum DEVS ad Moysen medio conspectus in igne,
(Sic sacra testatur pagina) verba dedit,
Exue de pedibus, monuit DEVS, exue *Csizmas*;

Nam locus in quo stat pes tuus hic, sacer est!
Hungare non *Csizmas*, ast haeresis exue *Schisma*,
Tunc locus, in quo stas, terra salutis erit!

Czapa pohar, erat poculum aureum, vel argenteum deauratum tegumento corii *Czapa* dicti inclusum. Corii hac specie etiam vaginae framearum tegebantur.

Clenodia arany gyöngyös marha, Latine mundus muliebris apposite iuxta Liuium iure nostro vocantur.

Cancellaria maior est Aulæ Regiæ, minor Iudicium Regni Ordinariorum.

Congregatio Generalis nonnisi per Palatinum indicta antiquitus vocabatur. *Proclamata* dicebatur, in qua occupationes iurium possessionariorum vnico termino definiebantur. Alb. Decr. art. 29.

Capectia Kepe est certa pars crucum frumenti messoribus dari solita. Vnde *Kepélni* idem est, ac messoribus in frugibus mercedem extradare. Decr. 5. art. 5.

Csalló - köz insulam aliqui a *Cituis* populis, aliqui a *sinu deceptorio* Danubii, qui per viatores traici debet, alii inde deriuant: quod exundans saepe Danubius spem segetis succidat, sicque cultores decipiat.

Capitaneus partium Regni Superiorum vocabatur *Kassai Kirdly Képe*.

Cseléb apud Turcas laborator. Vnde *Cseléd* famulitium. *Cselekédni* agere.

Czigánykodni fallere a *Czigány*.

Dominum veteres Vngaricæ faeminae compellabant maritum, fratrem autem mariti, minorem Dominum *Kissebbik Uram*.

Duelli iudicium perdurauit vsque tempora Matthiæ Corvini. Decr. 6. art. 18.

Denariorum collecta per pondera fuit tributi genus sub Regibus primæ stirpis vsitatum. Alii erant Denarii liberi, seu libertini, dein fumarii dicti *fiist pénz*, quod a singulo foco exigebantur. Alii Frisatici a Frisonibus Saxonibus dicti, alii *Regales*, alii *Banales*. Valorem horum, in quantum compendium admisit, vide sub *Moneta Vngarica* §. 106. Ab hoc tri-

buti genere immunes erant Nobiles iuxta Andreae II. Decr. anno 1222. art. 3.

Decimatio liberorum pro Abbatibus in usu erat. S. Ladisl. Lib. I. Cap. 27. 30.

Dica vocatur tributum : quod apud scripturae ignaros in dicam *rovás* scindi debuerit. Matth. Decr. 3. art. 12. 24. Decr. 5. art. 6.

Draconis ordinem in Hungaria originem sumpsit se nonnulli autumant adhuc sub Bela IV. Rege, dum post Tartarorum eruptionem desolata patria ferae, et serpentes ita multiplicati fuissent : ut hominibus infestiminerent, propositisque praemiis exstirpari debuerint. Plurimi interempto maiori serpente, se Draconem interfecisse gloriabantur, et in scutis serpentem alatum, siue Draconem gestabant, uti sequens Hungarorum versus de nepote, qui degener bona patrum suorum prodigit, perhibet :

Mit használ te néked : hogy tizedik apád,

A' kiért, 's a' kitül a' Kutya bört (*Diploma*) kapád.
Ellenséget; avagy ellenség helyében,

Sárkányt öltt még talám *Bela* idejében.
Lévén jószágának méltatlan gazdája,

Csak azért : hogy te vagy az ő unokája.
Azomban követel henyélő életet,

Tékozlod a' véren szerzett keresetet?

Jobb részit el adod, vagy zálogba hányod,

Mondván : hogy váltsa ki fiad, vagy leányod.

'S azzal egygyik várost a' nyakadba veszel,

Bálozol, pompázol, jádzol, iszol, eszel? etc.

Rectius tamen ordo Draconis constabilitus est per Sigismundum Regem anno 1408. uti describit Windeck Aulæ illius familiaris C. 81. Duplicis classis Equites memorat. Primi Draconem e cruce pendentem gestabant, erantque numero 24. secundae classis solum

Dra.

Draconem gerebant non definito numero. Muneris eorum erat militiam contra Paganos, Schismaticos, et religionis Christianae hostes profiteri.

Et in iure nostro est *Euictor*, siue: qui alterum *in lite expeditum* reddere debet, qui si rursus ad tertium prouocet, iure nostro *Supereuictor* vocatur, et pro omnibus satisfacere tenetur. Notionem hanc iuris nostri vt melius capere possint exteri, eam exemplo processus iudiciarii, aetate nostra coram Senatu oppidano definiti illustrabimus: Sutor oppidi, *Jokll Rumplumhober* nomine, obuium sibi habuit familiarem bubulcum *Kutzuk Miska* vocatum, eique ex grandiori attrita sua pyxide propinauit puluerem Tabaccae naso attrahendum, quem Hungari *Ór-boszzontó* vocant. Bubulcus traxit naso puluerem vehementius, ac ore potius, quam naso trahendae Tabaccae asuetus, cum musculos narium nimium irritasset, tanta vi, et sonitu sternutauit: vt comes itineris eiusdem canis *Bodri* in maximum terrorem conijceretur, ac in praetereuntem forte asinum, quem vetula *Kopott Panda* ducebat, acriori latratu insiliret, asinus etiam inopinato pavore percussus calcitrando ollas, et fictilia figulorum pone venui exposita confringeret. Fictilia figulorum pone venui exposita confringeret. Fictilia oppidani *Lepicsura* vxor *Faros Illona* vt A. siue Actrix causam detulit ad senatum oppidanum, I. siue in causam attracta fuit vetula *Kopott Panda* velut asini hera, quam Fiscalis per iocum *Dudum bonum* vocabat, haec ad *Euictorem* bubulcum *Kuczuk Miska*, velut canis *Bodri* Dominum, iste rursus ad *Supereuictorem* suum sutorem *Jokll* prouocauit; nec diu fluctuabat haec causa, sed ad legem prouocante Fiscale oppidano quem *Pörvessző* vocabant, ex *Werbözzii Part. 1ae Titt. 74.* definitum: vt sutor *Jokll* tanquam

Supereuictor, cum fuerit *causa causae*, adeoque et *causa causati* 25. baculorum ictibus pulsetur.

Ennye! particula admirantis Vnde de vino Bényensi: Vinum de Bennye, a' mellytül a' Lengyel azt mondgya: *Ennye!*

Ertekatta est terminus, quem in lingua Vngarica initiantes primum addiscere, eoque, quod linguam profiteantur, gloriari solent. Ita in Apprekazion Equitum Magistro Nováky facta apud Gen. los. Gvadány: Ha Nováky sinál kent attakirozásj,

Ertekatta Purkus soha Berlin nem láss.

Ita dum Diua Maria Theresia mater Hungarorum in Reginam Vngariae Anno 1741. feliciter coronaretur, vesperi Posonii in fenestris ciuium (vti moris est) vndique spectatoribus exhibitae sunt illuminationes cum inscriptionibus pro cuiusvis ingenio. Reliquos inter ciuis exhibuit Sutor Posoniensis linguam Vngaricam profiteri volens oleo tinctam illuminatam imaginem Reginae Mariae Theresiae in throno sedentis, et Coronae Principem Iosephum II. Statuum, et Ordinum Regni protectioni commendantis. Princeps Coronae Iosephus II. in gremio matris sedens (vti Sutor fors ex prolibus suis praefigurauerat) comedebat auide ex patinula seissam, et coctam farinae pastam, Vngaris *Laska metélke* Germanis *Nudl* vocatam, adstabat comedenti caniculus Sutoris ex specie *Pudl*, cibumque a Coronae Principe expetebat, cum inscriptione:

Ertekatta! Czoki pudll!

Frisz nicht Princen, sondern Nudll!

Reuera Sutor non vltra crepidam. *)

Endre est Andreas.

Foris est Christophorus.

Fiscus.

*) Ökörtül lö tanáts dicunt Hungari.

Fiscus. De hoc Hungarorum est prouerbum : A' bika alatt-is borjút keres.

Fityfirty, Kottyonsfity, est paruus homo flocci. A' kinék Gezengus az Ura, Kottyonsfitty a' szolgája. Semmir e. kellő.

Ferri candentis iudicium Nitriae, Posonii, Budae veteris, et Orodini fiebat. Vide Colom. Decr. L. 1. c. 22. et Ritum explorandae veritatis Varadini.

Fátyol velum capitis nuptarum. Dum emere vellet quaequam : adgyon kend valami jó fátyolt ! nints jó fátyol, reposuit Graecus quaestor, a' pártá mind jó ! innuere volens ! foeminas donec nupserint, esse hene moratas.

Fidedignitates vocantur personae ex Capitulis, et Conuentibus exmissae.

Factor iure veteri vocatur Prouisor, vel Officialis. Math. Decr. 3. art. 2.

Fassio vocatur declaratio voluntatis propriae in loco credibili, siue coram Rege, vel Ordinariis Regni iudicibus, aut eorum vices gerentibus, Capitulis, vel Conuentibus.

Galliciae ab vrbe *Halicz*, *Lodomeriae* autem Regno inde nomen adhaesit : quod Regulus eiusdem Russis *Wladar*, siue Dominator, Latinis *Wlodomirus* compellatus fuerit ; olim *Russia nigra* vocabatur.

Ghillen est Kilianus, a quo familiae Baronum, et Nobilium *Ghillány*.

Gylas, et *Carchas* erant nomina officii sub Arpado Duce, qui iustitiam Hungaris Ducis loco administrabant Ita Leo sapiens. Officium iudicis Carchas legitur adhuc Decr. S. Ladisl, Lib. 3. Cap. 2. *Gylas* Praesidem Congregationis (*Gyűlés*) *Carchan* a *Kar* Iudicem Senatus significat, vnde sella, cui insidebat, Hungaris *Karszék*, Senatores *Tekintetes Karok* vocantur.

tur. Nunc vices eorum obeunt : Palatinus , et Iudex Curiae Regiae.

Hajadon Leányok, siue puellae in capillis vocantur in Hungaria innuptae. Nuptis enim reuelato capite, siue sine vitta circumire piaculo ducitur. Vnde puellae sic concinunt :

Addig élem világomat,

Még szél fújja pántlikámat.

Prouerbium : Nem minden leány az, a' ki pártában jár.

Hajdones primum bubulci a voce *Hajto* sunt vocati. Dein pedestris militia. Nunc oppida priuilegiata. Qui ex praedis sine stipendio viuebant, *liberi Hajdones* dicebantur. Vlad. D. 7, art. 60. Ludov. 1518. art. 6. Quia praeter armorum tractationem, ad alia munia non apti erant, prouerbium de illis : Igen tud a' Hajdú harangot önteni.

Háj Slaunice syluam significat. Vnde quod ex cisis sensim syluis, pagi exstructi fuerint, multi nomen *Háj*, praesertim circa Cremniczium per Saxones fundati retinuerunt, vtpote : *Háj*, *Naj-háj*, *Drexl-háj*, *Krike-háj*, *Kuneesh-háj*, *Honesch-haj*, *Gloser-háj*, *Kesch-háj*, *Prochetz-háj*, *Bosche-háj*. etc.

Hála ! légyen az Istennek ! *Hála adás*, a Iudaico Halleluja. Vsitata est Hungaris festo resurgentis Domini cantio : Kristus fell támad ez napon, Alleluja ! *Hála* légyen az Istennek ! Hanc Pater Prouincialis Iesuuitarum Vnghvariense Collegium visitans in sacra processione praecinendi prouinciam sibi expetiit, sed cum idiomatis Hungarorum ignarus fuisset, in locum : Kristus fell támad ez napon, *Christus fuit Dalmata !* occinuit.

Hymusudvor siue *Himes-udvar* castrum Tokay vocabatur. Anonym. Cap. 17. *Him* excellentiam quandam

dam artis, et naturae producti Hungaris significat. Vnde in auihus quia masculus varietate colorum faemellam antecellit, *Him* dicitur. Acu Phrygia pingere *himet varni*, quasi mascole, excellenter acusare denotat, et pagus etiam *Him* in Comitatu Aba-Ujvár ab artificibus, qui acu Phrygia pingebant, dictus est, *Himes tojás* ouum pictum, patina, cui imponitur *Mátka tál* vocatur, eo namque gratificantur amasiae Hungari.

Hospites in Hungaria vocabantur aduenae exteri ita hospites Teutonici de villa *Epurjes*, alias Urbani, Burgenses, et Ciues dicti. Villae eorum facta immunitate rerum quarundam sensim liberae factae, vnde Ciuitatum, quas liberas, Regiasque vocamus, incunabula. Iam S. Rex Ladislaus anno 1082. meminit *liberae villae S. Regis*. Haec autem fuit prima Alha-Regalis. Hinc posteriores Reges si quam villam in seriem Ciuitatum liberarum referebant, ei *Albensium Ciuium* dederunt libertatem. Successiue exemplo Budensium, Cassouiensium, et Posoniensium ciuium eadem libertas concessa. Caetera inter Regem, si venit, prandio, vel coena excipere debebant, tria munera, quanto poterant honestiora, annuatim in tribus terminis Regi praesentare tenebantur,

Huszsár Eques Hungarus leuis armaturae inde nomen accepit: quod ex 20. colonis vnum talem equitem statuere possessionati Nobiles fuerint obligati, quasi *Hús jobbágy* *nak ára*. Art. 32. 1542.

I. in iure nostro est in causam attractus.

Jobbágy nomen sub praeis Vngariae Regibus dabatur tantum Baronibus Regni. Lapsu temporis deuolutum est ad colonos in seruitutem redactos: quod dum cruentus gladius circumferretur, in bellum ire noluerint, et *jobb adgy!* siue praestat vt soluas, seruitutem praelegerint. Sicut vocem *Kerl* a Carolo Ma-

gno deriuatam esse, eommunis Germanorum opinio est, qui cum Magnus, et gloriosus Imperator fuerit, deriuatum etiam initio Magnis solum viris iuxta opinionem. Cl. Adelung, et *Frisch* tribuebatur, deinde sicut Vngaricum *Jobbágy* a Magnis viris ad plebem desciiuit. *Jobbagionis* vocabulum aliqui repetunt a *Regni optimatibus*, quos *Ország-jobbai* dicimus, sicut Andr. II. Decr. art. 10. 13. 19. et 30. primarios aulae Proceres ita compellat. Aliqui Nobili loco natos *jobbágyból született*, inde deriuant.

Isten úgy segéllyen! ita me DEVS adiuuet! Haec phrasis in ore viri grauis, et recti cordis est significatiua; sed in ore hominis leuis nihil significat, et ideo quo frequentius eum hac phrasi vti audiueris, eo minus ei crede *Csigány módra esküdni*. Caeterum: *Isten úgy segéllyen!* antiquissima est iurandi formula. Iam enim Nicolaus Pontifex anno 1279. Ladislao Chuno Regi Vngariae apud Raynald. obiicit: *Hungarico more ad DEI iuuamen* iurasti, et Ioannes quoque Hunniades Regni Gubernator hac forma iuramenti adstrictus, in tabulis legum nostrarum legitur. *Átkozott legyen!* fuit formula Duces, et Reges Hungarorum obligans, quia personam Ducis, et Regis semper saluam esse voluerunt. Ita Anonym. Cap. 6. puncto 4. „vt si quis „ de posteris eorum infidelis fieret contra personam „ Ducalem, et discordiam faceret inter Ducem, et cognatos suos, sanguis nocentis funderetur, sicut san- „ quis eorum fusus fuit in iuramento, quod fecerunt „ Almo Duci. Puncto 5. „ Vt si quis de posteris Ducis Almi iuramentum, statuta ipsorum infringere voluerit, anathemati subiaceat (*átkozott legyen.*) Vnde Clar. Pray dubitat: an immunitas impune resistendi Regibus Bullae aureae Andreae II. Regis inserta fuerit? Cum in subsequis 1231. 1298. confirmatoriis Decretis,

si Rex immunitates Regni non seruaret, potestas solum detur Archi-Episcopo Strigoniensi Regem de consensu Praelatorum excommunicandi. Vide Kova-
chich in Supl. ad Vest. Comit. Tom. I. pag. 87.

Imreh est Emericus.

Izé ista res. Est interiectio, qua linguae Vngari-
cae ignari se iuuant, dum propositionem aliquam enun-
ciare non sciunt. E. gr. *Azt az izét, meg izélte, avval
az izével.*

Iobbagiones Castri Regii, in quouis Comitatu erat
Stabilis militia Regis in Castro, a quo Comitatus de-
nominabatur. Vocabantur etiam custodes *Eürü*. S. La-
disl. L. 2. Cap. 17. Lib. 3. Cap. 1. Bona castrensia
ad quamuis talem arcem spectant. Katona Tom. V.
pag. 194. Tom. VI. p. 275.

Iudices Regni Ordinarii sunt Palatinus, Iudex
Curiae Regiae, et Personalis. Math. D. 6. art. 68.

Ismaëlitaë vocabantur Saraceni. S. Ladisl. Deer.
L. 1. Cap. 9.

Ingenia ex Gallico sunt tormenta bellica.

Inas neruosus famulum designat, quia talis esse
debet.

Ispitály a Latino Hospitale.

Iman Turcice Sacerdos, vnde *imádkozni* orare,
hoc agere, quod *Imán*.

Kithonich Ioannes celebris olim in Hungaria Ad-
vocatus, qui ex obscuris legibus centum insuper dubi-
etates formauit.

Kyriathovich Theodorus anno 1360. Dux Mun-
katsiensis a Graeco *Kyrios* Dominus Ruthenis dictus
est.

Kóka et *Üri* sunt duae possessiones in Comitatu
Pesthiensi, alterutra ex his delata est Capellano per
Episcopum: cuiusnam ex his Parochiam habere velit?
sed

sed respondit Capellanus : *malo cocam, quam uri*, alludens ad verba S. Pauli Apostoli : *melius est nubere, quam uri*.

Kádár veteribus Hungaris *Iudicem* designabat, quam vocem hodiedum Turcae retinent.

Követség est duplum mulctae iudiciariae in pecunia apud Hungaros solui solitae. Ita Andreas II. Rex anno 1228. Neutra pars iudicium dupli, quod vulgo *Követség* dicitur, soluere teneatur.

Kótya-vetyle est sub hasta venditio.

Kupa amphoram argenteam designabat, quae si fuit maior *Darras-Kupa* ab altitudine gruis *Daru* vocabatur. *Gombos-Kupa* a nodo verticali. *Zomanczos virágú fedeles Kupa*, a caustico labore diuersi coloris flores exprimentc. *Csipkés fedelü, hólyagos allyú Kupa*, a labore aurifabri.

Keve. Hungaricus Capitaneus elato suo animo anam dedit : vt superbum *Kevély* compellent. *Kevélykedni* idem est : ac efferre se insolentius, sicut Capitaneus *Keve* solebat. Fuit is Atilae mediocris natu frater, metropolim Russiae *Chue, Kieu (Kiow)* Russis *Chunigrad*, quod sedes Hunnorum primo ibi fuerit dictam fundasse dicitur.

Kerep antiquo vocabulo Hungaris significat *ratim*; vnde quia prope Pesthinum ratigeros illocarant, villa eorum *Kerepés* dicta est.

Lehet, meg-lehet, dum Hungarus mystaces dextrorsum trahit, et approbat. *Nem lehet* quando mystaces sinistrorsum trahit, et reprobat. Vnde enatus versus :

Meg-lehet hac trahitur, sed *Nem lehet* trahitur isthac.

Leventa significat pugilem. Ita hodiedum apud Tyhiscanos dum iuuenes colluctantur, lusus iste vocatur *Leventás*, victor *Bél-Leventa*. Leutso.

Leutsovia Ciuitas inde vocatur: quod Saxones in terra Scepus degentes, anno 1242. recedentibus Tartaris petrosam, et sterilem *Lapidis refugii* terram reliquerint, ac villis eorum Tartaricae rabiei expositis penitus euastatis, altiore, vna et fertilem alium collem *speculationis montem* populariter *Leut-schau* dictum in omnes futuros casus elegerint muniendum, vbi hodierna *Leutsovia* consistit.

Libertinos szabados feudales fuisse Nobilium memorat Art. 14. 1567.

Lótni futni a *Lotho* deriuatum, qui ex Sodoma profugit.

Maramaros prouinciae nomen aliqui Tuhutumo Hungarorum Duci eam subiuganti, ac velut sterilem despicienti, populariterque *Márama-rozs* designanti attribuunt. Rectius tamen nomen eius deriuatur ab amne *Mara*, prouinciam interfluente, vnde *Marmatia*, incolae vero eius *Marmatae* dicuntur.

Mén significat Hungaris Caballum admissarium. Vnde *Mén-Meroth* Ducem Bihoriensem compellarunt: quod teste Anonymo Belae Regis Notario multas concubinas habuerit.

Mez significat vestem, tegumentum. Vnde *Meztele* sine veste, *Mezit láb* nudipes. *Mező* campus herbis vestitus.

Mega circumferentia arcis, vnde Comitatus *Vármegye*. Colom. Decr. Lib. 1. Cap. 12 37. dicitur etiam Parochia.

Mancipia apud Hungaros vt plurimum ex hostico adducta in foro venum prostare olim solebant. Quia sub Ladislao Chuno anno 1288. venditor seruorum, et ancillarum dabat in foro Regi 40. denarios vsuales. Hi nec rerum, nec personae Dominium hahuere. Aliqui glebae adstricti cum terra alienari poterant. Ex Hungaris

garis etiam multi, quod in bellum ire noluerint, aut per media viscera secti, aut perpetuae seruituti addicti. Par. 1. Titt. 3. Libera dein fuit colonorum migratio. sed anno 1514. graui seditione *Cruccata* vocata contra Dominos suscitata iterum perpetuae seruituti mancipati, donec anno 1791. publica lege libertatem iterum consequerentur. Pro colonis Domino litigare antiquissimus vsus est in Hungaria. Ita in iudicio ferri candentis Varadinensi §. 288. et 338. Iobbagiones Ethae ideo non venisse exponuntur: „ quod Dominus eorum es, „ set in Curia, et sine Domino non essent iussi venire.

Mardurinae fuit tributi genus in pellibus *Martis* animalis praestari solitum. Serius cum id genus animalium sensim deficeret, in tributum pecuniae conuersum.

Morionum de genere memorabiles sunt apud Hungaros: Oktondy, Bonfordy, Bolond Istók Debreczenbe. Markalf Morio Matthiae I. Regis, in prouerbio est: *Szép vagy, mint a' régi Markalf.*

Marca grauis ponderis flor. 4. leuis ponderis flor. 1. facit.

Mindazonáldal particula in concione Hungarica extero cuidam nimio opere placuit, sed eam adhuc sonantius enunciari posse circumstantibus Hungaris suadebat: *Mindazonáldal-del-dil-dol-dul!*

Magistri vocabantur filii in Officiis publicis Baronum Regni, aut Comitum positorum. Nunc Protho-Notarii, et Causarum Regalium Director vocantur.

Nádor-Ispány Palatinus ex Slauonico *Nad duur Ispan*, quasi Comes Palatii, alii a' *Nagy Úr* deriuant: quod Germanis *Gross Graff*, Cinamo Graeco scriptori *Urumi* dictus fuerit, sine *Nagy-Úr Ispannya*. Magni Hungarorum Domini Locumtenens, (Pro Rex) vnde eum Magnum Comitem et Galeot. Martius compellat.

Nő apud veteres Hungaros significat foeminam, vel vxorem. Vnde *Nőtelen* quasi sine vxore, *nőszés* conubium. *Agnő* vetula. *Nyöstény* foemella, et in antiquissimis Hungarorum scriptis vox *Neje* loco vxoris summitur.

Naszadistae sajkások milites nauales in Danubio, Art. 28. 56. 1556.

Nyir, *Nyírség*, a sucrescentibus betulis est plaga Comitatus Szabolcsiensis. Incolae ejus cum sint petulci, Hungaris *Nyíri pajkos*, *Nyíri furkó*, *Nyalka peczek* vocantur. *Nyir* partes, et populos iam Anonym. Cap. 21. 22. nominat. Thurocz. autem Par. II. C. 49. Dilectum Ladislaum Regem terrae huius antea Ducem fuisse iudicat.

Oscitanter Immel ámmal, a particulis *im* et *ám*, quas contemptim proferre solemus.

Orandi memorabiles formulae : „O! Felséges Jé,
„ hova Szent Isten! kinek színe előtt olvadnak a' világi
„ hatalmok, mint az éhes Czigánynak fogai alatt a'
„ fehér Kenyér, végy fell minket fényes hintódnak, ha
„ csak bakjára-is. Amen!“ Item pro tempestate,
pluuia : „O! Felséges Isten! ki bé zárod, és ki nyi-
„ tod az égnek csatornáit! ne halgasd meg az úton
„ járóit, a' téglát vetőt, és a' nyomtatót, *) hanem adj
„ alkalmas essőt a' mi üdönkben. Kerekíts fell a'
„ tengernek mélységes örvényéből olyan kis felhőt,
„ mint a' tenyerem, 's legyenek abból zápor essők;
„ ezt pedig te meg cselekedheted, mert Arabiában
„ olyan nagy dinnyék termenek, mint itt a' tökök.
„ Amen! Item : Jövel, jövel! mennyei kakas, ka-
„ pargály a' mi lelki szemetünkön, hints meg mennyei
„ gyöngyökkel, mert meg vesztegettünk az álnok-
„ ság

*) Quia nullus horum pluuiam desiderat.

„ság bimboitúl. Jövel, jövel mennevei Szabó, föl-
 „dozgasd meg a' mi lelki lyukainkat. Oh! Uram
 „meg rongyollottak a' mi sziveink, mint ama rongyos
 „köpönyeg, hanem oh! Uram jöj ell a' te lelki pól-
 „taiddal, és földozd meg azokat; Mert oh! Uram,
 „a' te nagy irgalmasságodat ki nem beszélheti ama
 „harmincz két fogú állat. Amen!

Octaualia iudicia exinde apud nos dicta: quod in octauis certorum festorum a' Tabula Regia celebrari solita fuerint.

Ocsmány foedus ab *Osman Ottoman* deriuatum.

Patvaria vocatur apud Hungaros practica iuris patrii experientia. Hanc aliqui a *Patvar*, quod litem designat, alii a *Pati varia* deriuant: quod *Patvarista* extrema famuli officia Principali olim praestare debuerit: et *Audiat!* vocatus fuerit. Prouerbiū de iis: non est bonus *Patvarista*, qui non est bonus *vacarista*, siue: qui lituram eradere non scit.

Pernahajder. Terminus apud Hungaros vel maxime contumeliosus: *Pernahajder* vólt apád, egész rongyos familiád, Kuffármétól származott. Originem traxit (vti D. Ladislaus Nagy de Peretsen Cameralis Notarius, et Poëta refert) a *Georgitis*: vulgo *Szent-György vitézei* dictis, qui in Comitatu Aradiensi possessione nunc Camerali *Egres*, Valachice *Agris* dicta mansionem habendo, vicinae arcis *Csintye-vára* (nunc *Csintye éra*) custodes agebant, Dominisque *Csintye* parebant. Erant hi decursu trecentorum fere annorum vsque exitum saeculi decimi septimi velites equites, olim pugionibus, et arcubus, dein sclopetis instructi, rubea tunica, pileo, et pallio vestiti. Ex humeris pendebat tegmen (*Katzagány* vocabant) ex vrsi exuviis, nodo, vel fibula deaurata pectori innexum, quod tamen nonnisi iis gestare concedebatur, qui ferocien-

tem vrsu propria manu interemissent. Vnde cum vrsorum continui persecutores fuerint, Germani eos *Bernhäuter* vocabant; quia vero nulla militari disciplina coerciti, et Cruceatis (*Kurutzonibus*) adhaerentes totam late viciniam praedociniis infestam reddebant, odia Hungarorum incurrerunt, per eos euersa arce excisi, nomenclatioque eorum maximae ignominiae loco apud Hungaros habetur, prout et aliorum, qui ab oppressa patria, et crudelitate notati sunt. Talia sunt antiquissima Hunica vocabula: *Marczona*, et *Zordon*, quae crudelem, *Martalócz*, *Kálóz* praedatorem apud Hungaros designant, et *Darvuliae* vetulae, a qua pedisse, quas excarnificandi modum anno 1610. Elisabetha Báthory didicerat, quamuis *Martalócz* aliqui a *martalék* siue manubiis militaribus deriuent. *Kalozonum*, siue praedatorum mentio est in annalibus Austriae (ap. Katona T. I. pag. 1069.) „ Andreas Rex Hungariae „ collecto exercitu maximo ad aestimationem 80. milium *Kalozonum* Austriam nemine resistente per suos „ *Kozlones* deuastauit. Vnde *Kalandázní* agminatim praedari, *Tékozló* prodigum Hungaris designat, et si quem graui contumelia afficere volunt, nota inustorum, vel villum hominum vocabula in eum coniiciunt:

Te Bittang, akasztófára való, Te later Haramia,
Sohonnai, Gézenguz, Entzenbentz, pökeelem gaz fia,
Ravasztsalatroky, Lópetrapitergyi nembül származott
familia,

Emberi ártatlan véren hizott kegyetlen Darvulia,
Fenevad Marczona, Zordon elátkozott Harpya,
Gyalázatos Pernhájder Beste lélek Karaffia!

In imprecationibus tamen ea semper moderatione vtuntur: quod maxime etiam sibi exosis duo minuta dietim felicia indulgeant:

Ötven nyóles minuta, 's húszon három óra,
Naponkint te néked ne fordúllyon jóra!

Akaszto fán fogsz száradni mint kürtöbe füstös hus,
Varjúk fognak eltemetni, jut lelkednek pokol jus!

Qui autem adhuc modestius, et ciuilitér haec exprimere volunt, has precandi formulas adhibent: Szerentsés útat más világra az Úrnak! Egésséges korába harangozzanak, Szolgabíró Prédikállyon a' temetésén! Vármegye kölcségén temessék ell!

Patakinum celebre oppidum submontanum (*Hegyalense*) Comitatus Zemplén. In eo Residentiam olim, dum adhuc ante annum 1775. floruit, ordo Patrum Societatis IESV habebat; verum cum Patres, qui illuc disponebantur, oeconomiae plerumque rurali, et vinearum culturae intenti esse debuerint, reliquis Patribus tanquam ad sublimiores scientias non idonei despicatui habebantur, ac per ludibrium *Grics* vocabantur. Interim sciolis illis longe feliciores vinum Tokainum de promonthorio Zsadányiensi colle S. Ignatii praestantissimum quotidie ad mensam bibebant. Contigit excellenti doctrina illustrem Patrem *Vizer* ex Viennensi celeberrimo Patrum Collegio illuc pro poena per Prouincialem Administrum disponi, qui coeleste nectar illud vini Tokaini degustans, et ideo felici exilio se mulctatum reputans, sequenti Epigrammate Patri Prouinciali insultauit:

Ergo Patakinum Tokainum *visere* vinum,

Ille Pater *Vizer* debuit ire miser!

Probae luce meridiana clariores per iocum Vngaris: *Ujdon új Körmöcsi arany*, alii etiam miraculosam iconem B. M. V. Cremnicziensis vocarunt.

Pronunciationis difficilioris apud Hungaros repetitum nouies: Pap nyoma, Mester nyoma. Jobb egy lúd nyak két tyúk nyaknál. Kilencz kúlesa, pincze kúlesa, kilencz pusztá pincze kúlesa.

Pontificis Romani militia apud Hungaros pro imbelli habetur, unde si quem imbellem militem vident. illum *Pápa-Katonája* nominant, conspicilia *Pápaszem* vocant. Prouerbiū, *Pápa-is tsak Deák vólt.*

Pincernarum Regalium Magister Anno 1256. vocabatur Magister *Bochariorum* quasi a poculis *pohár* dictus.

Parochiani Comites olim Supremi Comites vocabantur.

Pristaldi a *Perest-öldő* (deriuati erant, qui in iudiciis Comiti Parochiano, et Curiali assidebant. Nunc vicem horum subeunt Iurassores. S. Ladisl. L. 2. C. 40.

Praediales Nobiles *Érsek*, *Püspök* *Nemessei*, sunt Archi-Episcopi Strigoniensis, Episcoporum Zagrabiensis, et Iaurinensis. Abbatiarum Sexárdiensis, et de Taposka, quibus bona sua *subfeudare* solebant: ut eos cum certo equitum numero ad castra comitentur.

Praeco *Börtönös* fuit custos carcerum, vna et mandata publicabat.

Porta reipsa portam Ciuitatis, aut castri designat ex eo: quod circumferentia castri aratro designata, ubi porta relinquebatur, aratrum *portari* debuerit. Caeterum apud Hungaros etiam vectigal designat, quod tributa a singulis *portis* eisdem admensa fuerint. Portam definit Caroli I. Decretum, per quam currus fœni vel frugum inuehi potest. Hodiedum partitio *quantī*, ut vocant, *portionalis* a portis perdurat.

Portionale quantum vocatur plebis contributio pro intertenenda stabili militia in Comitibus defigi solitum. Nunc in Hungaria, eique adnexis prouinciis, dempta Transyluania, quinque milliones flor. efficit.

Párta corolla capitis virginum, cui sertum superponere, et per eam iurare solent: *Esküszöm bogláros pár-*

pártámra, quasi per virginitatem meam iuro ! Prouer-
bium: nem mind leány az, a' melly pártát visel.

Procurator Prokátor. Iam in Atilae Regis aula
fuit, vti Priscus Rhetor habet : *Recam Atilae vxor in*
aedibus Adami Procuratoris ipsius ad caenam nos
inuitauit. Proueria de iis: Prókátorra pörödet ha-
bízó, egy ingben hágy. Non fidas Aduocato, ipse-
met etiam liti tuae inuigiles. Fogadatlan Prókátornak
